

# C A L L I M A C H I

## H E C A L E.

### IV.

Ἐκάλη mulieris nomen, et mutato accentu, ut videtur, Ἐκαλή, pagi, δήμου, fuit a muliere dicti. De quo pago commode hic explicabitur, ubi definiendus locus est, in quo convenit hospitalem mulierem Hecalen Theseus. Etsi iam tum inditum ei loco nomen a muliere fuisse, non credibile est. Id postea factum, quum notum ante vicinis, viatoribus, nomen mulieris maiorem adeptum esset celebritatem ab hospitio Thesei. Ac fortasse non fallax coniectura erit, si quis a Theseo demum, post mortem Hecales, in honorem hospitae suae institutum statuatur, ut ab muliere nomen transferretur in pagum.

Iam de pago quod pauca habeam; fortasse mea culpa est, quamquam non credo multum esse, quod me praeterierit. Primarium testimonium, quo uno Meursius de populis Atticis in Gronov. Thes. Vol. IV. p. 710. defungitur, neque aliud putem apud Corsinum exstare, cuius locus qui huc pertinet, nunc non ad manum est, Stephani est Byzantii: Ἐκάλη, δήμος τῆς Αἰοντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἐκάλειος (al. Ἐκάλιος). τὰ τοπικὰ Ἐκάληθεν, Ἐκαλήνδε, Ἐκαλήσιν. καὶ Ἐκάλειος (al. Ἐκάλιος) Ζεύς. Deinde admodum probabilis mihi quidem Adr. Heringae Obs. crit. Cap. IV. p. 55. coniectura est, apud eundem Stephanum in Ἀγγελή, unde vulgo Καλή inter pagos sive populos Atticae a Meursio, Sponio, et Corsino quoque F. A. Tom II. p. 232. sq. recensetur, restituentis He-

*calen* pagum. sic: — ὀξύνεται δὲ (scil. Ἀγγελή) κατὰ δύο τρύπους, ὅτι δήμου ὄνομα, ὡς τὸ Περγασή, καὶ Ἐκαλή. Commendat vel postulat eam emendationem sequens Stephani cognata cum Etymologi et Arcadii de nominibus in λη praeceptis disputatio, quae tota ad ὑπερδυσύλλαβα spectat. Atque hoc loco nititur, quod coniecimus, pagum sic, Ἐκαλή, dictum esse, quum mulier esset Ἐκάλη. Olim quidem apud Hesychium in v. Ἐκάλειος, atque inde apud Favorinum (ed. Basil.) in ead. v. etiam mulier male Ἐκαλή scribebatur: legitimum accentum habet praeter alios Arcadius p. 108, 22. *Hecalen* pagum in tot inscriptionibus Atticis apud Boeckhium semel repperi, e coniectura Boeckhii sane quam probabili, N. 27. p. 46. atque inde apud Welckerum in Sylloge Epigr. Gr. p. 177. Ἀήμω Ἀθηναίων ἀ[ν]έθηκεν ἐὼν Ἐ[κ]αλήθεν Ἀλκίφρων. Aliud molitur Osannus in Sylloge Inscr. p. 298. Mirabar autem semel inventum, et in monumento, ut Boeckhio videtur, non valde antiquo, quum iam persuasisset mihi testimoniorum paucitas mature obsolevisse hoc pagi nomen, et alii cuidam appellationi cessisse. Sed, ut dixi, fortasse non ea est testimoniorum paucitas, quae mihi visa est. Ego nunc unum habeo quod addam: Lex. Rhet. Bekkeri I. p. 247. Ἐκάλη· δῆμος Λεοντίδος.

De Iove Ἐκαλείω Plutarchi verba in Prolegomenis, et Hesychii itemque Favorini glossam: Ἐκάλειος Ζεύς· ὃν Ἐκάλη ἰδρύσατο, Cap. X. p. 25. posui. Ubi moneo negligenter scriptum videri ὃν Ἐκάλη ἰδρύσατο: non Hecalen enim videri ἰδρύσασθαι, sed Theseum post mortem Hecales, et ex voto Hecales. Vota Iovi fecerat Hecale pro reditu Thesei. Dicam obiter hac opportunitate, cur in Prolegomenis p. 9. et pag. 10. ubi de Petronio agitur, Etymologis fidem denegaverim in eo, quod ipsi sacrificatum esse Hecalae tradunt. Dicam autem maxime propter Welckerum, virum doctissimum et amicissimum, quem memini, quum pars prima illa a me edita fuisset, ex me quaerere, cur non potuerit Hecalae sacrificari. Concedo potuisse fieri. Neque hoc negaveram: praesto enim

erat ex Plutarchi Theseo Connidas, ὃ μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι μῦθ πρότερον ἡμέρα τῶν Θησείων κριὸν ἐναγίζουσι μεμνημένοι καὶ τιμῶντες πολὺ δικαιότερον, ἢ Σιλανίωνα τιμῶσι etc. Qui ἐπιστάτῃ Thesei et παιδαγωγῷ concessus honor, quidni idem hospitae Hecalae fuerit? Verum quum duas viderem narrationes esse, unam Plutarchi: ἔθρον γὰρ Ἐκαλήσια οἱ πέριξ δῆμοι συνιδόντες Ἐκαλείῳ Διῖ, καὶ τὴν Ἐκάλην ἐτίμων, Ἐκαλίην ὑποκοριζόμενοι, διὰ τὸ κάκεινῃν νέον ὄντα κομιδῇ τὸν Θησεῖα ξενίζουσιν etc. alteram Etymologorum: ἔθρον δὲ αὐτῆ ἰδιῶς διὰ τὸ ξενίσαι Θησεῖα: mihi potior auctoritas Plutarchi, Etymologorum autem narratio derivata atque contracta ex illa pleniori atque accuratiore narratione, cuius testem Plutarchum habemus, videbatur.

De situ pagi, neque longe remotum a Marathone, ubi tum grassabatur taurus, fuisse, aliquanto certius constaret, si verum esset, quod e Stephano Byzantio efficitur, eiusdem tribus, *Leontidis*, fuisse *Hecalen* et *Marathonem*. Nam sic Stephanus: *Μαραθῶν, δῆμος τῆς Αἰοντίδος φυλῆς*. Nunc Corsino T. I. p. 176. et p. 257. sq. credendum, et Boeckhio Corp. Inscr. Vol. I. p. 309. *Aeantidis* fuisse *Marathonem*, et *Αἰοντίδος* apud Stephanum erratum esse sive librarii, sive epitomatoris, sive ipsius Stephani. Nisi etiamnum placeat, qua Corsinus ratione Stephano subvenit: *At fieri fortasse poterat, ut aucto tribuūm numero, variataque Populorum serie Marathon ex Leontide in Aeantidem tribum migraverit*. Verum ut semper Aeantidis tribus Marathon fuerit, manebit hoc, non nimis remotum ab Hecale Marathonem, et medium fuisse Hecalen inter Athenas et Marathonem ita, ut qui Athenis Marathonem proficisceretur, facile pagum attingeret Hecalen. Praeterea altera observetur, qua Plutarchus hac in re utitur, sed nota etiam aliunde locorum illorum designatio: Ὁ δὲ Θησεὺς ἐνεργὸς εἶναι βουλόμενος, ἄμα δὲ καὶ δημαγωγῶν, ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸν Μαραθῶνιον ταῦρον οὐκ ὀλίγα πράγματα τοῖς οἰκοῦσι τὴν Τετραπόλιν παρέχοντα,

Descriptioni itineris Marathona versus proficiscentis Thesei insero Fragmentum LVII\*. e Stephano Byz. v. *Τρινεμεῖς*. Strabonis indicio, qui quam lib. IX. p. 400. (613. Almel.) obiter facit pagi *Τρινεμεῖς* mentionem, satis aperte monstrat, Athenis exeunti eum pagum versus septemtrionem fuisse. Unde probabile est, in vicinia Marathonis fuisse. ὁ μὲν Κηφισσὸς ἐκ Τρινεμεῶν (corrigunt *Τρινεμέων*) τὰς ἀρχὰς ἔχων, ῥέων δὲ διὰ τοῦ πεδίου, ἐφ' οὗ καὶ ἡ Γέφυρα etc. Stephani verba sunt:

*Τρινεμεῖς, δῆμος τῆς Κεχροπίδος φυλῆς. Αἰδώροσ καὶ Αἰδύμοσ Τρινεμεῖς ἀναγράφουσι τὸν δῆμον. Καλλιμαχοσ Ἐκάλῃ, Τρινέμειαν. ὁ δημότης, Τρινεμεύς etc.*

Et nunc quidem *Τρινεμεῖς* Athenas inter et Hecalen pagum fuisse statuo. Sin fuerint inter Hecalen et Marathonem, Fragmentum LVII\*. ad Capitis VIII. initium differendum erit. Choerilus quum ad *CephiSSI* fontes raptum Orithyiae retulit, utrum celebrem illum Cephissum intelligi voluerit, an alium *Elcusinūm*, quem nuper ab *Attico* illo distinguere coeperunt, de quo Siebelis ad Pausan. I. 38, 5. nunc non definiam; sed versum proferre placet probabili Hermanni coniectura restitutum Choerili: ἄνθε' ἀμέργουσαν (vel ἀμεργομένην) πηγὰς ἀπὸ Κηφισσοῦ. ubi meum iudicium, cui forma verbi media placebat, commendat quodammodo Epicorum usus recentiorum, Apollonii IV. 1144. Nonni XXXI. 206. XXXIII. 5. ubique de carpendis floribus, plantis. Est tamen et activum, ἀμέργων, apud Nicandrum Fragm. II. 69.

Igitur Theseus Athenis proficiscens contra taurum Marathonium eum in locum devenit, quem habitabat Hecale. Illa una nobis quidem nota Hecale: nam alias, de quibus egerat indicatus a me Prolegom. p. 12. Ptolemaeus Hephaestionis, ego certe non novi, ni forte numeres Minois filiam Ἐκάλῃν, quae vulgo ferebatur apud Apollodorum III. 1, 2. ubi tamen Heynius ex libris nomen aliud, quamquam neque

ipsum verum, ut videtur, sed propius vero, *Ἀκάλλην*, restituit. Similiter, sed contrario modo, peccatum a librariis in Olympiodoro: *ἐν Αἰκάλλη*, in Schol. Pindari et Ammonio: *ἐν Αἰκάλη*, Callim. Fragm. XLVIII\*, LII\*. LIII\*. pro nostra, quae debet esse, *Ἐκάλη*.

De ea narrationem fortasse ita exordiebatur Callimachus: Ibi advenit, et obvia Theseo fuit Hecale, *Ἥλαθε δ' ἐπι* — ut incipit Odysseae liber XVIII. Vel, quod praefero, conversione magis repentina, et ut statim lector novae rei initium nosceret: *Ἦν δέ τις*. Ut si facias: *Ἦν δέ τις ἐν τοῖσδεσσὺ γυνή* — ad exemplar Homeri, Iliad, V. 9. X. 314. XIII. 663. XVII. 575. Odysseae IX. 508. XV. 417. XX. 287. Cf. Apollon. Rh. IV. 1444. Nonnus XI. 248. XXI. 324. XXXVI. 479. et Evang. Io. III. 1. IV. 46. V. 2, 5. VI. 10. XI. 1. 49. XIX. 41. Altera est, etiam magis usitata poetis epicis omnibus, Homero, Arato, Apollonio, Dionysio Periegetae, Oppiano, Cynegeticorum scriptori, Ioanni Gazaeco, conversio novaeque rei introductio: *Ἔστι δέ τις*. *Ἔστι τις* apud Hesiodum in Fragmentis, alibi. *Ἀνθηδών νύ τις ἐστὶν* Theolyt. ap. Athen. VII. 296. B. *Ἔστι πόλις*, Homero praeunte, Nonnus III. 258. XLI. 14. *Ἐνθα τις* idem XV. 169. XX. 149. alibi. *Καὶ τις* ap. eund.

Exponebatur de consueta hospitalitate Hecales. Fragm. XLI.\*

*τίον δέ εἰ πάντες ὀδῶται*

*ἦρα φιλοξενίης ἔχε γὰρ τέγος ἀκλήϊστον.*

Eandem in sententiam infra scriptum: — *φιλοξείνοιο καλιῆς — ζυγὸν γὰρ ἐπαύλιον ἔσκεν ἅπασιν*. ἦρα primus edidit a Valckenario (Epistt. Tittmann. p. 49.) admonitus Ernestius. Cf. Diatr. Eurip. p. 130. et Buttmannus Lexil. I. p. 150. not. 3. Magis insolenter Nonnus Evang. Io. VIII. 46. eodem modo *ἐπίηρα* usurpavit: *ἀμπλακίης ἐπίηρα*. *τέγος* retinui eum Bentleio, ut vulgatam in Scholiis Aristoph. Acharn. 127. scripturam. Nam *ἔσχε στέγος*, ut est apud Annam Fabri p. 163.

(p. 363. ed. Ern.) in scholiis Aristoph. primum Frobenius edidit, ut observat Bentleius; in Aldina sic: ἔσγ' ἐς γῆν τέγος ἀκλ. Deinde de duobus, qui hoc postremum hemistichium afferunt, quos laudavi in Prolegomenis p. 9. Suidas in v. Ἐκάλῃ, etiam Leidensis, et Gaisfordii, τεῖχος habet, sic: ἔχε γὰρ τεῖχος ἀκλήϊστον. at Etymol. Gud. στέγος. Et praetulerunt στέγος Kusterus ad Suid. v. Ἐκάλῃ, Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 179. ubi Callimacho Nonnum XX. 282. εἰς δόμον ἀκλήϊστον ἐτοιμοτάτοιο Ἀνκούργου, admovet; et nuper Boissonadius. Ad significationem nihil interest. Par est in utroque, στέγος et τέγος, insolentia ab eo, quod *domus* significatur, quum vulgo τέγος, itemque στέγος, *tectum* proprie, vel partem domus superiorem significet. Sic στέγος noster Fragm. CXXII. τέγος h. in Cer. 4. Fragm. LXX. 3. Estque is constans poetarum Callimacho posteriorum usus, Apollonii II. 1086. Cyneticorum scriptoris III. 120. Nonni XXXV. 12. 95. Tryphiodori 547. 580. Paulli Sil. Ἐκφρ. τ. μ. ἐκκλ. II. 102. 110. 252. Ἀμβ. 84. Unus Manetho II. 430. VI. 143. 533. τέγος: nam sic scripserat haud dubie ubique Manetho, non στέγος: ita usurpat, non ut partem, sed ut totum significet, hac peculiari significatione, οἴκημα meretricium: quem usum illustrant laudati Valckenario Anim. ad Ammon. p. 178. Scaliger in Propert. p. 270. Casaubonus in Sueton. Calig. c. 57. atque ipse Valckenarius. Hinc colligas haud inepte, quod etiam ad rem facit Callimachi, τέγος sive στέγος, ubi de habitatione dictum in universum, de vili tantum casa, tugurio, dictum esse. Cum Manethone τέγος ista significatione, commune, ut alia nonnulla, Sibyllae est locis a Scaligero ad Propertium indicatis lib. III. et V. Add. Dioscorides apud Iacobsium in Brunck. Anal. Paralip. p. 706. Anth. Palat. II. p. 422. Theocrito II. 116. dictum de habitatione Simaethae στέγος quo iure ad eandem significationem Valckenarius l. l. revocet, dubium est.

Ἐκάλῃ appellata mulier ab hospitalitate fuit. Quam

nominis originationem laudati a me in Prolegomenis p. 8. sq. Etymologi, Magnus qui dicitur, Gudianus, et ex Etymol. M. Favorinus, tum Suidas cum Etymologo Leidensi, ἡ πρὸς εἰ αὐτὴν καλοῦσα, eam non dubito quin ipse in carmine suo proposuerit Callimachus. Fortasse non totam, qualem Grammatici exhibent, sed tantum ut a verbo καλεῖν dictam esse Ἐκάλην aut apèrte doceret, aut tecte, sed quantum satis homini graeco, significaret. Sic quum non tam proprium nomen fuerit Ἐκάλη, quam appellativum, vel cognomen, coniectura erit non illa quidem necessaria, sed tamen minime inepta, aliud Callimachum nomen Hecales, vere proprium, compertum habuisse ac prodidisse sua narratione. ad modum Homeri: Ἀργαῖος δ' ὄνομ' ἔσκε· τὸ γὰρ θέτο πότνια μήτηρ ἐκ γενετῆς· Ἴτρον δὲ νέοι κίκλησκον ἅπαντες, οὐνεκ' ἀπαγγέλλεσκε κιών, ὅτε πού τις ἀνώγοι.

Sed quod dicebam, huius sive nominis sive cognominis, Ἐκάλη, originem ab ipso monstratam Callimacho esse, eam sententiam adiuvat atque commendat Fragmentum, quod primum a Fabricio Bibl. Gr. Vol. II. p. 484. indicatum Ruhnkenius (ad Callim. ed. Ern. p. 430.) communicavit cum Ernestio, CCCXXIX.\*

τοῦτο γὰρ αὐτὴν

κωμῆται κάλεον περιωγέες.

Apud Suidam v. Κωμῆται vulgo αὐτῆῖ habetur; in libris Gaisfordii αὐτῆς, αὐτῶ. αὐτὴν, i. e. Hecalen, Hemsterhusii apud Gaisfordium, itemque Ruhnkenii l. l. correctio. Ita autem accipio verba poetae: hoc nomine, Ἐκάλην, illam vocabant vicini, ab eo, quod invitabat omnes. Ordinem Fragmentorum, huius et ante commemorati XLI\*. utrum prius fuerit loco, non definiam. Alia Ruhnkenii l. l. exornata a Toupio Emendd. in Suid. P. II. Vol. I. p. 359. 60. (T. I. ed. Lips. p. 257. 8.) ratio et coniectura est, de ὑποκορισμῶ illo, Ἐκαλίνη, vel, ut volebat cum Ruhnkenio Toupius, Ἐκάλινα, accipienda esse verba Callimachi. Minus,

ut mihi videtur, probabiliter. Qui enim testantur de ὑποχορισμῶ, laudati in Prolegomenis Plutarchus et Etymologus Leidensis, ex quo Etymologico Magno restituendam hanc formam Ἐκαλήνην, vel potius Ἐκαλίνην, vidimus, illa omnia, Hecalesia, Iovis cultum Ἐκαλείου, honorem Hecalae habitum, cum invento ὑποχορισμῶ, posteriori tempori, post exceptum ab Hecale Theseum, et post mortem Hecales, assignant. At haec: τοῦτο γὰρ αὐτὴν κομῆται κάλεον περιηγέες, manifesto de eo sunt, quod ante adventum Thesei fuerit. Illud iam monui, Plutarcho ibi non, quod Toupius opinabatur, Callimachum, sed obversari Philochorum. Quo evertitur argumentum, quod suam in sententiam Toupius captabat ex similitudine verborum Callimachi κομῆται περιηγέες s. περιηγέες, et Plutarchi οἱ πέριξ δῆμοι. Deinde etsi nemo negaverit bene versatum in Callimacho fuisse Toupium, tamen metri peritiam Callimachei desidero in coniectura hac, qua ille ita legendum atque ampliandum videri locum scribit:

Ἐκάλιναν τοῦτο γὰρ αὐτὴν

κομῆται κάλεον περιηγέες.

Spondei cum caesura in quarto pede tam rara apud Callimachum exempla sunt, ut piaculum sit, coniectando obtrudere poetae, quod ille data opera ac prudentissime defugerit. Huius spondei dico, et huius caesurae, quam sic positum Ἐκάλιναν faceret. Nam posse in ea versus sede spondeum cum caesura poni, etiam a Callimacho, et qua possit conditione poni, exempla docebunt haec: h. Iov. 78. h. Dian. 99. h. Del. 4. 298. h. Cer. 123. 124. et quae alia, non multa quidem, sed idoneo numero, eiusdem generis. At huic exemplo Ἐκάλιναν | similia ac paria, praeter h. Ap. 40. ἐν ἄστει, ubi recte Iacobsius, Blomfieldius, Boissonadius: ἐν ἄστει, quod ipsum editum in antiquioribus Callimachi exemplaribus, certe H. Stephani in Poetis princip. c. h. et B. Vulcanii reperio; et praeter Fragmenta LXVII. 3. CXXIV. 2. in quibus male ferebatur, vel etiamnum fertur ἔρχητ' et πέτρον, haec

tantum exstant, h. Del. 226. h. Cer. 130. Fragm. CVI. 3. CCII.

ἀλλὰ φίλη, δύνασαι γάρ, ἀμύνειν | πότνια δούλοις.  
 τᾶσδε τελεσφορίας· πότε τὰν θεῶν | ἄχρῃς ὀμαρτεῖν.  
 ἄπρῳ πάντ' ἐγένοντο παραχρημῷ· | ὅσσα τ' ὀδόντων.  
 Ῥήγιον ἄστῃ λιπὼν Ἰοκάστου | Αἰολίδαι.

De quo numero si dempseris h, Cer. 130. ubi θεῶν fortasse librario debetur male memori ex versu superiore 58. doricae formae θεῶς, at in poeta non tantum censeo amorem dorismi fuisse, ut hoc maluerit, τὰν θεῶν, quam quod ex MS. Veneto Loesnerus annotavit, alacriore numero, τὰν θεῶν; deinde si dempseris Fragmentum CVI. olim a me ita emendatum, ἄπρῳ πάντ' ἐγένοντο παρὰ χρέος, et Fragm. CCII. cuius singularis ratio est: unum restat, h. Del. 226. in quo accidisse Callimacho puto, ut semel excidere sibi pateretur, quod esset contra suam artem. Apud Homerum quidem ἀμύνειν aliquoties legitur in hac sede. In Fragmento CCII. non placet, quod G. Bernhardy Annot. ad Schol. Dionys. Perieg. p. 1002. proposuit, Ῥήγιον — Ἰοκάστεον Αἰολίδαο: itaque aut Ἰοκαστέος scribendum, si quid sit isti scripturae varietati tribuendum, aut servandum vulgatum Ἰοκάστου arbitror. Ut excusent caesuram simulque hiatus nomina propria. Quam in rem apta sunt exempla, Apollonii I. 72. ὁ δ' Ἴρον Ἀκτορίδαο, et maxime Arati 392. ἀγαυῷ Ὑδροχόοιο. 753 (21.) φαεινῷ ἠελίοιο. Etenim is est Aratus, quocum se comparari ipse non nolisset Callimachus. Et haec quidem spondei in quarto pede cum caesura et cum hiatus exempla sunt. Sine hiatus spondeus eiusmodi Arato, aliis, aliquanto magis usitatus est quam Callimacho; plerumque cum hac conditione, ut pedes quintum et sextum longum impleat vocabulum, sic: Κελαινώ τ' Ἠλέκτρη τε, ὑπὲρ αὐτοῦ Κενταύροιο, ἀγαυῷ Τοξεντήροιο, ὑπέκασ' ἠελίοιο: Arat. 262. 447. 506. 852. (100.) cf. 811. (79.) 887. (155.) 1030. (298.) Κλυτονήου Ναυβολίδαο, ἀγαυῷ Μιλήτοιο, Ὀφίων Εὐρυνόμη τε, δῖεσθ' Οὐρανίδησιν, ἀγαυῷ Δηϊμάχοιο, ἀγαυῷ νηπιάρχοντος, θυγατρῶν Ἠε-

λίοιο: Apoll. Rhod. I. 134. 186. 505. II. 542. 955. IV. 868. 971. πρὸς ἀνγὰς ἡελίοιο Dionys. Perieg. 84. 487. 970. ἀγαυῶν Ἀμυτιῶν idem 571. ἀγαυὴ Θειαντίνη Maximus 191. 271. 596. ἀγαυῆ Κυπρογενεΐη idem 264. At ubi alia eaque magis poetica forma restituenda exoptata numeris alacritas redditur, non dubium quin sit reddenda. Ut statim apparet apud Apollonium II. 686. Ἐωΐου scribendum, et IV. 895. revocandum Ἀχελωΐου esse. Et apud eundem III. 517. ubi vulgo ἐπί δ' ὕψος Τυνδαρόσιο, si qua sit mutandi necessitas, dubium, an melius *ὕψος* legas quam quod Gerhardus Lectt. Apollon. p. 154. legi iubet, *ὕψος*. Eo duali utitur alibi Apollonius.

περιηγέες in Fr. CCCCXXIX\*. Toupii necessaria, ut puto, correctio. Qui vulgatam apud Suidam scripturam *περιγαγέες* tueri voluerit, ita tuebitur: fortasse semel Callimacho doricam formam pro usitata tum ipsi tum aliis, *περιηγής*, et eadem significatione, qua alibi *περιηγής*, placuisse. Alium dorismum, sed eum magis certum, mox videbimus, *ἀσκάντα* pro *ἀσκάντου*, Cap. V. Cf. et *βωνίτησιν* eod. Cap. V. Ad significationem apte Toupius Callimacho scriptum h. in Del. 198. confert: *Κυκλάδας ὀψομένη περιηγέας*, *Cycladas visura circumiacentes*, vel, cum Mela, *in orbem iacentes*, ut ipse vertit. Eadem ibi Ernestio in mentem venerat explicatio, non ut sit de insulis singulis intelligendum, *Cyclades rotundae*, sed de universis, *quae κύκλον quendam efficiunt, quā est περιηγής*. unde et nomen Cycladum. Sic in Eratosthenis fragmento ex Ἐρμῆ Heraclidis et Schol. Hom. Veneti scripturam *ζῶναι περιηγέες* accipiendam esse monuit Bernhardt Eratosthen. p. 145. Cf. Apollonius III. 138. et eandem in sententiam accipiendum, ut res suadet, *περιηγέες* apud Aratum Phaen. 401. Multus est vocabuli huius usus apud Callimachum, Apollonium, et qui hos sequuti: plerumque ut *rotundum* significet (Callim. h. Apoll. 59.), sed tamen ut unum alterumque exemplum ad illam prius explicatam signi-

fictionem accedat. Veluti quum ἀκτὴν Apollonius I. 559. II. 994. περιηγέα dicit, *curvatum in orbem littus*. Et Opprianus Halieut. I. 216. II. 375. III. 81. IV. 251. 379. περιηγές in dorico epigrammate XXVIII. (Anth. Palat. I. p. 250.) Leonidas Tarentinus. Propter τοῦτο γὰρ αὐτὴν — κάλειον Euphorionis verba adscripsi Fr. XLIX. τὸ γὰρ καλέσαντο νομῆες (vel βοτῆρες), ὅτι ῥα etc. Opprian. V. 475. κάλει δέ μιν οὐνομ' αὔσας κείνο, τό μιν φήμιξεν ἔτι πρώτης ἀπὸ φύλης. Sed talia multa facile quisque cumulet.

Hospitalitatem Hecales mendici quoque experti. Fragm. LVIII\*. ex Hesychio:

Ἰηράγοι. πένητες, ἄποροι, ὡς τὰς ἐκ γῆς βοτάνας σιτίζεσθαι τροφῆς ἀμοιροῦντας. Καλλίμαχος ἐν Ἐκάλῃ.

Eodem respiciunt laudati Ruhnkenio Auctar. Emendd. in Hesych. T. I. p. 828. Lex. Rhet. MS. nunc in Bekkeri Anecdosis I. p. 232, 17. et Etymologus p. 221, 50. apud quos σιτίζόμενοι et ἀμοιροῦντες legitur. Verum huic Fragmento neque ipse fortasse locum suum invenissem, neque aliis hunc esse verum locum persuaderem, nisi felici coniectura Buttmannus Lexil. I. p. 43. not. admovendum hoc alteri Fragmento Callimachi antehac inedito, apud Choeroboscum Bekkeri Anecd. III. p. 1255.

ὅτε βιοπλανές ἀγρόν ἀπ' ἀγροῦ

φοιτῶσιν:

ponendumque in Hecale utrumque esse, in vicinia Fragmenti XLI. τῶν δέ ἐ πάντες ὀδῶται etc. vidisset. A Bekkero communicatum idem illud exstat in Annotatt. ad Etymol. M. (p. 198, 12. ubi βιοπλανές ex eodem Callimachi loco) Etymologico Gudiano subiectis p. 788. Addatur Ioannes Alexandrinus a Dindorfio editus, p. 15, 27. apud quem sic: οἱ οἱ τε βιοπλανές ἀγρόν ἀπ' ἀγροῦ sine nomine poetae. βιοπλανές, pro βιοπλανέες dictum, illustrat Buttmannus. Ego Nonnum observavi, qui hoc vocabulum, sed usitate formatum, a Callimacho sumpsit, et ex hoc versu Callimachi, Évang.

Ioann. XIII. 29. ἢ ἵνα τι πτωχοῦσι βιοπλανέεσιν ὀπάσῃ. et aliam in sententiam detortum, XV. 19. XX. 23. In Dionysiis non hoc, sed cognatum, III. 356. βιοπλάγκτιο τύχης. Unum putem fortasse non scripturum fuisse Buttmannum, si tum recens a lectione Callimachi fuisset. Nam ita se habuisse versum Callimachi, ut obiter coniecit Buttmanus: γηφάγοι [ἀνέρες], οἷ τε βιοπλανὲς ἀγρὸν ἀπ' αἰ. φ. non est veri simile propter insuavem caesuram in secundo pede, qualem ferrem equidem, si ita scriptum in libris esse viderem, at coniectura inferre in Callimachum non audeam. Attingimus quaestionem cognatam supra disputatis Cap. I. p. 523. et III. p. 583. 4. Insuavem autem dico non caesuram in eo pede omnem: sunt exempla apud Callimachum, sunt minime rara apud observantissimum harum rerum artificem, Nonnum, eiusdem plane modi mensuraeque: ἄλλω δὲ θροον αὐλὸν ὀπάσσετε, βουκόλος ἀγχένα δοῦλον, γαίης δίψια νῶτα μετέρχεο, μητέρι βόστρυχα ταῦτα κομίσσατε, αἰθέρος ἔντευ θῆκε: insuavem facit hoc loco caesuram, quae per se non mala est, et insuavem auribus Callimachi, non caeterorum poetarum omnium, illa, non gravis neque conspicua oculis in vetere scriptura, sed quae tamen percipiēbatur auribus, ut nostris nunc auribus percipitur, interpunctio. Iudicium facio ex his quae supersunt Callimachi reliquiis: frustra enim foret, ut puto, si quis Hecales, ut longioris, epici carminis, maiorem fuisse licentiam metricam, quam Hymnorum, coniecisset. Habeo Apollonii versum isti, quem Buttmanus fecit, parem atque geminum, II. 1180. λήθομεν ἔμπεδον, οἷ τε θεουδέες ἦδὲ δίκαιοι. At Callimachi in suis parvis carminibus maior etiam quam Apollonii diligentia fuit. Apud quem quae similia exstant, duo vel tria, nisi alia me praeterierint, non sunt ab omni parte similia: h. Iov. 44. τουτάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἀπ' ὀμφαλός. Epigr. I. 11. si sit Callimachi epigramma: κείνων ἔρχεο, φησί, μετ' ἴχνια. Ubi dum imperfecta verbis τουτάκι τοι πέσε et κείνων ἔρχεο sen-

tentia ulterius properare usque ad usitatam quietem in pede quarto vocem iubet, delitescit debilis post *πέσε*, et post *ἔρχεο* incisio. Eadem res in Fragmento CVI. 1. *καὶ γὰρ ἔγωγὸ τὰ μὲν ὕσσα καρῆατι τῆμος ἔδωκα*. In Fragm. CCLXXXV. si nihil aliud, certe hoc video, pravos esse numeros, quos Boissonadius p. 122. 212. fecit: *μέζεα θερμότατε, ῥιζοῦχε Ποσειδῶν. ῥιζοῦχον Ποσειδῶνα* equidem, nisi aliud suaderet Proclus, qui hoc ad explicandum Hesiod. *Ἔργ.* 510. adhibet, illustrarem ex Oppiani lib. V. extr. ubi est *Ποσειδάων, ῥιζοῦχα (γαίης) θεμελίια νέρθε φυλάσσων*. De aliis poetis huc pertinentia disputavit E. Gerhardus Lectt. Apollonian. p. 212. sq. nec tamen vera omnia: veluti apud Theocritum XVI. 4. dudum revocaveram, quam nunc recte repraesentavit Meinekius, priorum quorundam editorum scripturam: *ἄμμες δὲ βροτοὶ οἷδε βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμες*, pro isto inconcinno *ἄμμες δὲ βροτοί· οἱ δὲ βροτοὺς βροτοὶ ἀ*. Addam Fragmenta aliquot Callimachi, quae ut nunc sunt mutila, laborare ea parte videntur, at olim, puto, non laborabant. Sunt autem haec, quae caesuram offerunt omnium molestissimam, in pede tertio: Fragm. CCXCVII. CCCXXIII. CCCXLV. Quibus locis omnibus succurrebat, molestiamque caesurae istius tollebat, aut statim subsequens usitatissima pedis quarti, aut alia proxime antecedens caesura: tamquam si in Fr. CCCXXIII. fuerit: [*καὶ*] *ὡς λόκος ὄρνοιμίην*. Horum omnium nihil cadit in versum a Buttmanno effictum, et omnino quod praecesserit ante haec verba: *οἷτε βιοπλανὲς ἀγρόν ἀπ' ἀγροῦ*, nihil excogites, quo obscuretur ingrata caesura. Quare nescio an veram scripturam conservaverit Ioannes Alexandrinus, modo ita scribatur:

*οἷοί τε βιοπλανὲς ἀγρόν ἀπ' ἀγροῦ*

· φοιτεῦσιν.

sic usitate *οἷοί τε* in hac versus sede, apud Homerum *Odyss.* XIII. 225. XVII. 309. apud Apollonium III. 976. 1229. Nicand. *Ther.* 175. Et aptius, ni fallor, *οἷοί τε* est quam *οἷτε*:

οἷοί τε, *quales*; sequitur enim *φοιτεῦσιν*, tempus praesens. Atque sic expolitum ab omni parte, ut nihil non Callimacheum insit, fragmentum censeo. Observetur restitutum a me ex coniectura, vel ex libro fortasse, *φοιτεῦσιν*. Scilicet Buttmannus nihil nisi hoc: in libro ms. Bekkeri esse *φητῶσιν*, et supra scriptum *φοι.* at in Annotatt. Etymol. Gud. loco sup. laudato *φοιτεῦσιν* exhibetur. *φοιτέειν* formam in Thaletis apud Diogenem Laertium epistola, et apud Herodotum observaverunt alii, ego, ut exemplum apponam ex poetis unum, apud Nonnum I. 321. *ἐπεφοίτεε*. Utitur altera forma, *ἐφοίτα*, Callimachus, sed ubi suadebat metrum, h. Dian. 193. Fragm. XXVI. *φοιτασεῖ* Lav. Pall. 130. ambiguum. Non progredior ultra. Periculosa coniectura foret, ad explendum versum, haec: *γαιοφάγοι* (ex Nicand. Ther. 784.), vel *γαιοφάγους*, οἷοί τε βιοπλ. etc. Fortasse post *φοιτεῦσιν* poeta persequeretur descriptionem mendicorum, eratque in ea descriptione *γηφάγοι* vocabulum. E. g. ut de multis modis, quibus nectenda esse hoc fragmentum et XLI\*. conicias, unum tentem, qui primus in mentem venit, ita: — ἔχε γὰρ τέγος ἀκλήϊστον, locupletibus pariter atque infortunatis, *quales per agros vagantur errones, miseri, γηφάγοι*. Ex descriptionibus mendicorum apud Manethonem III. 249. sq. V. 129. VI. 581. 656. ad Callimachum adhibeantur haec: *πρωχὸ πανδήμοι*, et *ἀλῆται*, Homericum utrumque.

Occurrit Hecale Theseo. Utrum exspectanti et visere Hecalen paranti, de qua fortasse aliquid audiverat, an forte fortuna, vel quod ipsa accedere Theseum comperisset, pro certo dici nequit. Sed obviam se Theseo obtulisse Hecalen, duo insignia Fragmenta CXXIV. et maxime CXXV. produnt. Quorum illud accurate pertractavi in Dissertatione critica, Annal. Acad. Rhenanae p. 405. sqq. unde apponere recte scriptum atque auctum ex Toupii (Emendd. in Suid. P. III. p. 77. Vol. II. vel p. 359. Tom. I. Lips.) meaque emendatione, satis habeo:

ἀμφὶ δὲ οἱ κεφαλῇ νέον Αἰμονίηθεν  
 μεμβλωκὸς πύλημα περίτροχον ἄλκαρ ἔκειτο  
 ἴδεος ἐνδίωιο.

Fragm. CXXV. ita se habet :

ἔπρεπέ τοι προέχουσα κάρης εὐρεῖα καλύπτρη,  
 ποιμενικὸν πύλημα, καὶ ἐν χειρὶ χαῖτον ἔχουσα — .

Ex Hecale utrumque esse Valckenarius coniecerat in Theocr. Adoniaz. p. 544. B. C. Fragmentum CXXV. continuare videtur, quae est probabilis Eldikii Suspicionum Spec. cap. IV. itemque Boissonadii in Callimacho p. 203. coniectura, Fragma. CLXXXI. sic :

ἔπρεπέ τοι προέχουσα κάρης εὐρεῖα καλύπτρη,  
 ποιμενικὸν πύλημα καὶ ἐν χειρὶ χαῖτον ἔχουσα,  
 καὶ ῥα παρὰ σκαιοῦ βραχίονος ἔμπλεον ὄλπιν — .

Quae omnia coniuncta eleganter factam descriptionem imaginemque Hecales efficiunt. Atque callide hoc institutum fuisse a Callimacho quisque fatebitur, ut, quum Thesei imaginem exhibuisset, nunc Hecales quoque habitum diligenter descriptum proponeret. Verum quod coniuncta illa dixi omnia, non statim apparet quo fuerint modo coniuncta. Sunt duo fragmenta ita inter se similia: ἀμφὶ δὲ οἱ κεφαλῇ — πύλημα περίτροχον, et προέχουσα κάρης εὐρεῖα καλύπτρη, ποιμενικὸν πύλημα, ut non statim unum excipere potuisset alterum, sed ut intervallo quodam diremta fuisse videantur. Accedit, quod etiam *baculi* iterata fuit apud Callimachum mentio, si recte Hemsterhusius ad Callim. ed. Ernest. p. 439. adstipulante in Epist. crit. II. ad Callim. h. Iov. 22. (et Epist. Tittmann. p. 21.) Ruhnkenio, Callimacho et Hecalae vindicavit hoc e Suida v. Ὀρχή :

γέντο δ' ἐρείκης  
 σκηπάνιον . . . δ' δὴ πέλε γήραος ὄρχη.

Quod nunc est Fragma. CCCCLXXXIV. ed. Blomfield. Dispono omnia ita. Primum descriptio erat Hecales exitum parantis e domo sua. Ibi Fragma. CXXIV. legebatur :

ἄμφι δέ οἱ κεφαλῇ etc.

et

γέντο δ' ἐρείκης

σκηπάνιον etc.

ad quae verba bona est observatio Hemsterhusii: *Haec autem de ipsa Hecale dici puta ad Theseum invisentem prodeunte.* Tum poeta, versibus aliquot interiectis, ubi apparebat Theseo et consistebat coram Theseo, quasi ipse admirans simplicem sed mundum atque concinnum mulieris habitum, utque placuisse Theseo eum habitum significaret:

ἔπρεπέ τοι προέχουσα et quae seq.

Caeterum ad Fragm. CXXIV. nihil habeo quod addam olim disputatis, nisi hoc Toupio Emendd. in Suid. P. V. Vol. III. p. 157. (T. II. p. 253. ed. Lips.) observatum, ad idem fragmentum illud respexisse videri Suidam in Μέμβλωκε — μεμβλωκός, παραγενόμενον, καὶ μετ' ἐπιμελείας κατασκευασθέν. et, si hoc tanti sit ut observetur, apud Suidam in Πίλημα inventam a Toupio veram distinctionem Πίλημα περίτροχον περιφερὲς σκ. confirmare codicem A. Gaisfordii. περίτροχον vocabulum praeter eos, quos ibi monstravi, usurpant Dionysius Perieg. 987. Cynegeticorum scriptor IV. 90. et saepe, variis in rebus, Nonnus, eiusque asseclae Ioannes Gazaeus, Paullus Silentarius. παρμέμβλωκεν praeter Homerum, Apollonius IV. 1167. καταβλώσκειν, ἀποβλώσκειν, idem I. 322. IV. 227. et III. 1143. προβλώσκειν Oppian. H. II. 252.

In illo γέντο δ' ἐρείκης etc. quod ad versum deest, non uno modo suppleunt viri eruditi. Kusterus ad Suidam non feliciter: σκηπάνιον, τὸ μὲν οἱ χαλεποῦ πέλε γ. δ. Toupius Emendd. in Hesych. P. IV. p. 161. ad glossam Hesychii Ὀκχη, vel potius Ὀκχή, ex hoc ipso Callimachi loco petitam haud dubie, ita: σκηπάνιον, πονόεντος ὃ δὴ π. γ. δ. Mihi simplicissimum videbatur

σκηπάνιον χεῖρεσσιν, ὃ δὴ πέλε γ. δ.

Usitatum est, ad γέντο addi χεῖρι: Hom. II. XVIII. 476. 7.

Callimachus h. in Cer. 44. Apoll. Rhod. IV. 225. Neque obstat, ut puto, quod aliquis obiiciat, manibus, *χείρῃσιν*, opus esse, si quis inniti baculo velit: quae Homeri apud Christodorum v. 543. 4. sane haud insuavis imago est: at ad arripiendum baculum (*γέντο*) unam satis manum esse. Sic Theseus *χείρῃσιν* usus erat, ubi una sufficebat, Fragm. LI. b.\* *χείρῃσιν ἑλὼν Αἰδήμιον ἄορ*. Vel si quis forte dicat, ibi non tam de arripiendo, quam de tenendo, extollendo atque infligendo utraque manu, ut gravior ictus esset, gladio agi: Agamemno certe Homericus *χείρῃσιν* utitur, ubi satis erat *χειρὶ*, Iliad. III. 271. XIX. 252. *Ἀτρεΐδης δὲ ἐρυσσάμενος χεῖρῃσιν μάχαιραν*. Vel, ut aliquid dicam argutius, quid si consulto Callimachus *χείρῃσιν*, non *χειρὶ*, scripserit, ut significaret debilitatem ac trepidationem senilem? Pro δὴ possis etiam οἶ, sic: ὃ οἶ πέλε γήραος ὄκχῃ, ut est in Lav. Pall. 127. *μέγα βάκτρον, ὃ οἶ πόδας ἐς δέον ἄξει*. Hecales imago fortasse ante animum versabatur Apollonio, ubi Polyxo describitur *τροφός*, I. 669. *γήραι δὲ ῥικνοῖσιν ἐπισκάζουσα πόδεσσι, βάκτρον ἐρειδομένη*. Certe Scholia ibi *ῥικνόν* Callimacheam esse *λέξιν* monent, probantque fragmento Hecales alio, paullo post tractando, in quo et ipso baculi mentio. Cf. Apollonius II. 198. de Phineo: *βάκτρον σκηπτόμενος, ῥικνοῖς ποσὶν ἦε θύραζε*. Mitto alia, quibus nihil probatur nisi hoc, baculo uti senes. Ruhnkenio quidem illa ipsa Callimachea, *γέντο δ' ἐρείκης* etc. Ovidius *transtulisse* ad Philemonem et Baucidem videbatur, VIII. 693. ubi est *parent ambo, baculisque levati Nituntur longo vestigia ponere clivo*: Nonno baculum *γηροκόμον* dicitur VII. 44. XI. 354. XIV. 101. De *ἐρείκη* aliquid Iacobsius ad Quinti Maecii Epigr. VII. 5. Anal. II. p. 238. qui laudat Schneiderum ad Nicand. Alexiph. p. 345. sed addendus idem Schneiderus in Lex. gr. *ὠκχησεν* Callim. h. Iov. 23.

In Fragmento CXXV. *προέχουσα* attigi Cap. III. ubi de crasi apud Callimachum, *προέχουσα* maluit hoc loco Callim.  
 N. Rhein. Mus. f. phil. III.

machus, quia a *πρό* genitivus pendet *κάρης*; *προὔχουσα* h. in Del. 218. ubi *πολύ προὔχουσα* est *praestantissima*. *προὔχοντος*, *προὔχουσα* Apollonius quoque IV. 1583. 1626. et Oppianus H. III. 460. Orpheus Arg. 379. 501. Manetho III. 225. 298. Ut taceam iisdem usurpata, Homero praeceunte, *προὔτυψεν*, *προὔθηκαν*, *προὔτειναν*, *προὔφηγεν*, *προὔβαινεν*. *τὴν κάρην*, genere feminino, bis ausus est Callimachus, in Coma Berenices: *σὴν τε κάρην ὤμοσα*, *σὸν τε βίον*; et hoc loco, *κάρης εὔρεῖα καλύπτρη*, cuius non fuerunt memores, qui eam insolentiam attingunt, Sallierius in Thomam Mag. v. *Κεφαλή* p. 534. Valckenarius in Eleg. Catulli Callimach. p. 128. sq. Unum qui ita ante Callimachum, Theognidem, laudaverunt alii. Qui sequuti sint Callimachum, praeter Moschum IV. 74. duos habeo, Nicandrum Ther. 131. 249. Dionysium Perieg. 562. 1049. Vel tres, si numeranda est Sibylla XII. 63. *παρθενικὴν δὲ κάρην μυστηρίων ἑξαπατήσας αὐτὸς ἀναξ ὀλέσει δολίως*. quem locum non statim expedio. Dionysium quidem mireris, qui poeta etsi in universum tinctus est elegantia scholae Alexandrinae, tamen modum tenet, neque omnia insolenter dicta aucupatur. Usitatum *κάρη* neutrum ubique tenent Aratus, Apollonius, Oppianus; Nicander quoque multis locis. Callimachum quoque promiscue nunc *κάρη* neutrum, usitate, nunc, ubi commodum esset, insolenter *κάρη*, *κάρης*, *κάρην* scripsisse puto. *κάρα* Cynegeticorum I. 178. huic scriptori condonabimus, nisi *κάρη* restituendum, ut idem III. 506. Sed video dicendum esse, qua nos argumentatione ducti tam hoc quam superius fragmentum CXXIV. ad Hecalen referamus. Eius argumentationis vis praecipua et quasi nervus in Fragmento CXXV. est, quod de femina accipiendum esse diserte docet *ἔχουσα*. Hinc, quum ita sint sibi similia *κάρης εὔρεῖα καλύπτρη* et *πύλημα περιτροχόν* Thessalicum, ut videantur eandem rem significare, etiam Fragmentum CXXIV. de femina, et quidem de *Hecale* accipimus. Non inusitatum autem feminis fuisse,

pileo uti Thessalico, iis quidem, quae versabantur in publico, Ismenae exemplo Sophocleae probamus. Et Iridis apud Sophoclem in Inacho, *κνκλᾶς Ἀρκάδος κννῆς*: non neglectum Valckenario in disputatione de pileis, Adoniaz. p. 345. B. Addo Ioannem Gazaecum v. 660. (II. 502.) ubi describitur *Θαλυσιάς* cum insignibus operis sui, aristis, sudore: *κάρη δ' ἐκαλύπτετο πῖλῳ*. Post haec apparet, *ποιμενικόν* quum dicitur *πῖλημα* illud, id non esse proprie intelligendum: feminae enim non sunt *ποιμένες* proprie. Scilicet primum ac proprie pileis istis utebantur *ποιμένες*, deinde inter feminas, ut dixi, eae, quibus aliquid foris agendum, ut arcerent ardorem solis. Neque *χαῖον* proprie accipiendum de baculo *pastoritio*. Sed qui attente legerit Scholia Apollonii, ex quibus erutum fragmentum est Callimachi, IV. 972. fortasse hoc totum negabit, *χαῖον* proprie fuisse baculum *pastoritium*. Verba sunt haec: *χαῖον ἐστὶ καρπύλη βακτηρία, ἢ οἱ ποιμένες χρῶνται. Ἀμερῖας δὲ ψιλὴν ἀπέδωκε ξάβδον. Καλλίμαχος ἔπρεπέ τοι* etc. Neque quod additur ex Alcmane, vim probandi habet. Incurvum fuisse *χαῖον* incredibile est, ut erant *τῶν ἀγροίκων*, observante Casaubono ad Theophrast. cap. *περὶ ἀρεσκείας* p. 171. sq. Neque indignum observatione *καλύπτρη*, quo vocabulo caeteri plerique certa quadam significatione utuntur, Callimachus generali, *tegimentum*, hic et Fragm. CXLII. Theocriti locum non recorder, cuius imitationem esse in verbis *ποιμενικόν πῖλημα* Casaubonus (Callim. Ernest. p. 492.) annotaverat.

Denique probabilem dixi Eldikii Boissonadiique coniecturam, Fragmento CXXV. annectentium Fragmentum CLXXXI.

*καὶ ὅα παρὰ σκαιοῦ βραχίονος ἐμπλεον ὄλπιν.*

Omnino decet Hecalen hic apparatus, *ὄλπεις* sive *ὄλπη*: de qua praeter Casaubonum ad Theophrast. π. *ἀρεσκ.* p. 169. et Interpretes Mesychii et Toup. Emendd. in Suid. P. IV. p. 444. (T. II. ed. Lips. p. 29.) *ὄλπην* sive *ὄλπαν* Theocritus II. 156.

Nicander Ther. 80. 97. Leonidas Tarentinus, Crinagoras, Archias. Ὀλπίδος Theocritus XVIII. 45. Meminit fragmenti Callimachei Casaubonus, ubi morem sacculos atque alia gestandi e brachiis pendentia illustrat, ad Theophrast. π. ἀγροικίας p. 153. *Callimachus de quodam qui ampullam oleo plenam ad brachium pendentem gestabat, Καί ῥα* etc. Non puto autem quaerendum esse, quo Hecale consilio, quum obviam iret Theseo, ampullam suam assumpserit. Voluit Callimachus totam talem sistere, qualem vulgo, quoties prodibat, videre consueverant vicani. Neque male quemquam habere debet ἐν χειρὶ et oppositum παρὰ σκαιοῦ βραχίονος. illam prius dictam *dextram* esse sponte intelligitur. Frustra, si quid video, ab hac quidem parte Ruhkenius Epist. crit. II. p. 205. impugnat Brunckii in Apollonio II. 119. coniecturam: αἴψα μέγαν τεταγὼν πέλεκυν χειρὶ, ἣδὲ κελαινὸν ἄρκτου προσχόμενος σκαιοῦ δέρος. Cf. Hom. Iliad. XVIII. 476. 7. γέντο δὲ χειρὶ ῥαιστῆρα κρατερῆν, ἐτέρηφι δὲ γέντο πυράγορον. Alter modus is est, quo de eodem Ancaeo Apollonius I. 168. utitur: βῆ δ' ὄγε Μαιναλίδης ἄρκτου δέρος, ἀμφιτομόν τε δεξιτερῆ πάλλων πέλεκυν μέγαν. ubi divinandum, pellem fuisse in sinistra parte. cf. Theocrit. XXV. 206. 7. Nexum, si sunt Fragmenta CXXV. et CLXXXI. coniungenda, talem quendam fuisse necesse est: *Decebat prominens e capite latum tegimentum, pastoralis pileus: et in manu χαῖον habens, et e sinistro brachio pendentem ampullam*, concinnam imaginem rusticae simplicitatis exhibebat Hecale. vel aliquid simile. Unum me morabatur in hoc nexu, καί ῥα. καί ῥα Epicorum, inde ab Homero, etiam recentiorum, et qui fuerunt post Callimachum, non solet copulare simpliciter, sed novam sententiae conversionem indicat: ut plerumque graviori interpunctione opus sit ante καί ῥα, non comate. Ut Callimachus, si quis exemplum expetat, h. in Iov. 28. Ubi propius ad significationem simplicis copulae accedit καί ῥα, hoc tamen observari video, ut suum membro illi, quod

a *καί ῥα* pendet, verbum sit. Ut his exemplis, Apollonii II. 640. 717. IV. 918. Orphei Argonautae, qui in brevi carmine hac particularum coniunctione utitur saepissime, 105. 444. 448. 513. 1288. et *καί ῥά τε* Theocrit. XXV. 191. Qui sic simpliciter ad coniungenda nomina duo *καί ῥα* dixerit, ut est *χαῖον ἔχουσα, καί ῥα — ὄλπιν*, unum habeo Manethonem V. 244. Nunc, dum coniuncta lego ac relego Fragmenta CXXV. et CLXXXI. non displicet sic positum *καί ῥα*, neque sua quadam vi carere videtur. Nam vim aliquam inesse necesse est: pro simplici *καί* a bono scriptore *καί ῥα* dici nequit. Posita autem vis est in eo, quod ampullam sinistri brachii poeta tamquam rem novam, et de qua ipse non cogitasset antea, infert atque inserit. Advertit animum singularis, sed fortuita illa, Hecales, qualem introduxit Callimachus, cum habitu Cynicorum, similitudo, quem descriptum habes in epigrammatis Leonidae Tarent. X. XI. LIX. et Archiae XXXIV. (Anth. Palat. I. p. 282. 284. 325. 326.) *σκήπτωνα* sive *βάκτρον*, *ὄλπην*, *πίλον*. Ita enim *πίλον* enumerat inter reliqua Leonidas, ut hoc quoque non inusitatum Cynicis insigne fuisse dicas. At alia ratio *πίλον* est eius, quem singulari de caussa gestat Menippus Luciani in Necyomantia cap. 1. et 8. Rursus formam quod attinet, pileo Hecales similis erat Menippi, ut Suidas, vel Menedemi, ut Diogenes Laertius tradit, Furiam repraesentantis, *πίλος Ἀρκαδικός*: de quo Boettigerus in libro cui titulum fecit, die Furienmaske, p. 33. sq. et p. 123. Fragmentum CLXXXI. praeter Etymologum habet Lex. Reg. Ms. Albertii ad Hesych. v. Ὀλπα. et habet Zonaras Tittmanni p. 1444. ita scriptum: *Καλλιμάχος· περὶ σκαιοῦ βραχίονος ἔμπλεον ὄλπιν*. Inter Elegiaca Callimachi illud reposuit Valckenarius, p. 294.

Addam incerta.

*γρήϊον εἶδος ἔχουσα.*

Choeroboscus *περὶ ποσότητος* Cod. Barocc. 50. f. 177. in Mu-

seo Philologico Cantabrig. N. IV. Novemb. 1852. p. 113. — οἷον γραῦς. γράϊος καὶ γρηῖος παρὰ Καλλιμάχῳ· γρηῖον εἶδος ἔχουσα, τοῦτ' ἐστὶν γραός. ubi vir doctus monet idem fragmentum sine nomine poetae in Etymologico M. legi p. 603, 23. Add. Etymol. Gud. p. 407, 41. Variat nonnihil scriptura. Et hoc quidem haud dubie rectius, quod apud Etymologos scribitur *γραῦς γραός γράϊος*, — at *γρηῖδιον* in Etymol. Gud. falso haud dubie.

*γραῦις γραῦιδι* Fragm. CCCXXVI. Valckenarius in Theocr. Adoniaz. p. 351. B. mutato accentu, *γραῦις*.

Ad congressum Thesei et Hecales facere opinabar fragmentum Callimachi, quod apud Herodianum *περὶ μονήρους* λ. p. 28, 5. ita scriptum: *ἦλθον εἰς ὄβδην*, in Bekkeri Anecdotis II. p. 942, 7. ita: *ἦλθες ἐσόβδην*, legitur, scribendum aut *ἦλθεν ἐσόβδην*, aut, ut sit apostrophe, *ἦλθες ἐσόβδην*. vel *ἦλθον ἐσόβδην*: venerunt in conspectum, unus alterius. Est etiam *ἐσόβδην* apud Apollonium de adverbio, Anecd. Bekk. II. p. 611, 28. et Hesychius haud dubie ex eodem loco: *Ἐσόβδην εἰς ἐμφάνειαν*. unde corrigendus Favorinus, apud quem *ἐσόβδην* habetur. Verum id quum agebam, et quum primum egi, multa cum dubitatione egi, ut qui sentirem multis occasionibus multisque narrationibus apta verba esse: et nunc eo consilio opinionationem meam commemoro, ut vanam fuisse demonstrem. Namque Etymol. M. v. *Ὀβδην* haec praebet sine auctoris nomine, sed manifesto ipsa Callimachi verba: *Μούση γὰρ ἦλθεν ἐσόβδην*. Quod si quis recepta probabili Sylburgii emendatione, *Μούσησι*, de Thamyra dictum fuisse, vel, si fuerit *ἦλθον*, de filiabus Acheloi coniiciat, certe non inepte faciet. Felicior tamen coniectura, ni fallor, ipsum de se dicere Callimachum:

*Μούσησι γὰρ ἦλθον ἐσόβδην:*

in prooemio *Αἰτίων*.

De Hecale conspiciente Theseum accipi posse *ἦ δ' ἐκόησε, τοῦνεκεν Αἰγέος ἔσκεν*, observavi Cap. III. p. 570. Sed prae-

valet mea ibi disputatio, qua de Aethra accipienda esse ea verba doceo.

Oblitus sum ad Fragmentum XLI,\* τῶν δέ ἐ πάντες ὀδῶναι ἦρα φιλοξενίης· ἔχε γὰρ τέγος ἀκλήϊστον, arponere, quem I. Kuhnius ad Aelian. V. H. XIV. 14. comparat, locum Homericum II. VI. 13. sq. de Axylo: ὃς ἔναιεν εὐκτιμένη ἐν Ἀρῖσβῃ, ἀφνειὸς βίότιοι, φίλος δ' ἦν ἀνθρώποισιν· πάντας γὰρ φιλέεσκεν, ὀδῶν ἐπι οἰκία ναίων. Quae observata esse diligentissimo Homeri lectori Callimacho non inepte statueris. Deinde si quis forte scire cupiat, quomodo Callimachum viri docti ante restitutum a Valckenario ἦρα acceperint, ita acceperunt H. Iunius in proverbio *Hecales coena*, et cum Iunio A. Schottus Obs. poet. II. 29. et Gonsalius in Petron. c. 135. itemque Kuhnius, ut iungerent φιλοξενίης στέγος ἀκλήϊστον. Bentleius vero ita: τῶν φιλοξενίης, i. e. ἔνεκα φιλοξενίης.

## V.

Theseum hospitio excipit Hecale. Insignis pars carminis, in qua Callimachum multa cum diligentia et cum sua voluptate elaborasse credibile est. Habuit autem ante oculos fabulam ab se ipso tractatam similem vel potius geminam, Molorchii, qui, ut Hecale Theseo, taurum debellaturo Marathonium, ita ante proficiscenti contra leonem Nemeacum Herculi hospes agresti hospitio fuerat. Animadvertit similitudinem Heynius ad Apollodor. II. 5, 1. Me de Molorcho primum admonuerat Nonnus, ubi de Broncho, hospitium Baccho praebente, XVII. 52. s. οἷα Κλεωναίοιο φατίζεται ἀμφὶ Μολόρχου, κείνα, τάπερ σπεύδοντι λεοντοφόρους δι' ἀγῶνας ὤπλισεν Ἡρακλῆϊ. Exitus fabulae dissimilis. Molorchum enim superstitem reperit redux a pugna Hercules. Sed tamen sacrificium fuit, ut in fabula Hecales. Apollodorus: καταλαβὼν δὲ τὸν Μολόρχον ἐν τῇ τελευταίῃ τῶν ἡμερῶν ὡς νεκρῶ μέλλοντι τὸ

ἰερεῖον ἐναγίζειν, Σωτῆρι θύσας Ἀτῆ, ἤγεν εἰς Μυκῆνας τὸν λέοντα. Convenerat Molorchum inter et Herculem, ut si sospes ante diem tricesimum redisset Hercules, Iovi Σωτῆρι; sin occubisset, ipsi Herculi, tamquam ἤρωι, sacrum fieret. In quo mirum tam longum temporis spatium, triginta dierum, quum a Molorcho breve Herculi iter ad perdomandum leonem fuisse videatur. Verum hoc melius Capiti VI. extr. reservabitur, ubi quaerendum, quam diu Theseus, postquam Hecalen reliquisset, in tauro occupatus fuerit. De Molorcho testimonia Servii, Philargyrii ad Georg. III. 19. Statii bina, veterumque Statii interpretum, Martialis, collegit Broukhusius ad Tibull. IV. 1, 13. Sunt et alia: Statii Silv. III. 1, 29. Martialis IV. 64, 30. Stephani Byz. in *Μολορχία*, Anonymi Allat. apud Heynium ad Apollodorum; conspirantium cum Servio et cum Statii interprete Mythographorum A. Maii, I. 52. et II. 160. Quod sine teste Gyraldus in Hercule p. 574. E. G. tradit, clavam accepisse a Molorcho Herculem, testantur Scholia in Germanicum e Nigidio: v. Nigidii Fragm. in Rutgersii V. L. p. 278. Pomponius Sabinus p. 165. unde suum de inebriato Hercule, per se fide haud indignum, habeat, non constat. docet ita: *Hercules interemto leone hospitatus fuit apud Molorchum, et illic inebriatus.* in quo etiam ordinem rerum inversum animadvertes: nam epulae hospitales haud dubie ante pugnam fuere, ut alii tradunt; post pugnam peractum est sacrificium illud, in quo ut fuerint epulae, fuerunt res secundaria. Gravior omnibus testis nostram quidem in rem, qui in Callimacho versamur, laudatus Hemsterhuisio in Callim. ed. Ernest. p. 418. Probus est, ad Georgicor. locum quem dixi, ita narrans: — *Lucos Molorchì Nemeaea dicit. Molorchus fuit Herculis hospes, apud quem is diversatus est, cum proficisceretur ad leonem Nemeaeum necandum. Qui cum immolaturus esset unicum arietem, quem habebat, ut Herculem liberalius acciperet, impetravit ab eo Hercules, ut eum servaret, immolaturus vel victori tanquam Deo, vel victo*

et interfecto [leone], cum solutus esset [vel] odio Iunonis, . . . ne ei coelestes honores contingerent: . . . . [vel] fatigatus, experrectus mira celeritate damnum correxit, sumptaque apia-cia (vulg. picea) corona, qua honorantur, qui in Nemeaea vincunt, supervenit [Itaque et] Molorcho paranti sacrificium Manibus, ubi et arietem (vulg. aries) immolaturus erat. Inde Nemeaea instituta sunt, postea Archemori Manibus sunt renova-ta a septem viris, qui Thebas petebant. Sed Molorchi mentio est apud Callimachum in Aetion libris. Dedi quae leguntur in edit. Virg. Venet. A. Vellutell. 1534. et Basileen-sibus H. P. 1561. 1575. sed correctata a me leviter et distincta signis quibusdam, quibus significo, nunc quid delendum sit, nunc ubi aliquid excidisse statuendum sit, ut probabilis effi-ciatur narrationis ordo. Quod uncis inclusi, ut deleteretur, leone, fortasse melius servabitur, ut scribatur: *vel victo et interfecto a leone*, eandem in sententiam. Corruptit autem Probus iste concinnitatem fabulae antiquae, immiscetque. nescio quid moris novitii, dum omittit Iovem Σωτήρα, et sacrificandum fuisse Herculi aut vivo et victori tamquam deo, aut victi mortuique manibus narrat. Nisi ita aliquis statuatur, *Victori* quum scriberet Probus, voluisse eo vocabulo graecam vocem Σωτήρ interpretari. Post *contingerent* manifesto lacuna est. Atque assequutus sum, nisi fallor, coniectura, quid exciderit, Pomponium adhibens, quem pleniore usum esse codice Probi existimo. Saepe Probo utitur, docetque ex Probo Pomponius. Tale quid scripserat Probus: *ibique multo vino fatigatus, experrectus* et quae seq. *vinitorem* Molorchum diserte dicit Enarrator Statii apud Barthium. Ut appareat, hominem quantumvis pauperem, vini tamen tantum praebere potuisse, quantum satis superque. Haec igitur, quae sunt apud Probum, omnia, ut puto, exposuerat in Aetiis Callimachus. Quo ille consilio, et qua opportunitate, dictum est Cap. II. p. 555. Quem in finem intentus, ipsam pugnam Nemeacam breviter tantum attigerat: quod

ex ipsa Probi brevitate colligo, pugnam obiter tantum commemorantis ita: *mira celeritate damnum correxit*. Nam de Probo ita iudico, Probo non huic, quem nunc habemus, sed antiquiori auctori grammatico ante oculos fuisse librum Callimachi. Hinc quae superest dubitatio et quaestio, indicata a Gyraldo l. l. p. 575. B. quo Probus iure *piceam* coronam usitatam esse in Nemeis scribat, quum reliqui omnes *apium* consecratum fuisse Nemeis tradant, etsi facile tolleretur atque componeretur, si quis a Callimacho ibi primum institutis propter Herculem Nemeis *piceam*, renovatis propter Archemorum *apium* attributum fuisse coniceret: tamen non audeo in hoc aliorum auctorum silentio eam coniecturam facere. Praesertim quum communem de proprio Nemeis apio sententiam ipse Callimachus, atque ipse adeo apud Callimachum Hercules Callim. Fragm. CIII. (ex insigni Plutarchi Sympos. V. 3. disputatione, ubi etiam Euphorionis versus, quos recte eandem in sententiam accipit Meinekius p. 113.) profiteatur. Quare quum ne Probum quidem peccati insimulare non idonea de causa debeamus, facillima emendatione *apiaciam* reposui: quo vocabulo Hyginus Fab. LXXIV. utitur. Paulo post vulgatum *ubi et aries immolaturus erat*, alius fortasse ita corrigi maluit: *ubi et aries immolatus erat*, vel *immolatus est*. Rursus ex Probo est haud dubie, quod ad Tibull. l. l. Bernardinus Cyllenius Veronensis scribit: *De hoc (Molorcho) Callimachus meminit in oethicon libris*. sic, *oethicon*, in ed. Tibulli Vernet. 1487. unde postea (ed. Lutet. M. Orry 1604.) *HOIΩN* factum. De Molorcho qui veteres ante Callimachum dixerint, non constat. Fortasse iam recondita tempore Callimachi fabula fuit. Certe quod eius tam frequens apud poetas recentiores, latinos, mentio est, quam vidimus frequentem esse, id totum Callimacho deberi existimo, cuius scripta, Aetia maxime, doctis illustrata Theonis et Epaphroditii commentariis, quasi quidam thesaurus mythorum atque antiquitatum

etiam Romanis paullo doctioribus fuere. Ut Hecalen monui quibus nota fuerit, his e Callimacho fuisse notam.

Tam similes fabulas, Molorchum et Hecalen, quum idem poeta tractaverit, illam prius, quae mea est de temporibus carminum Callimachi sententia, in Actiis, postea Hecalen, quaerat aliquis, quomodo curaverit Callimachus, ne ipse sui nimis videretur similis, aliisque repetitione earundem rerum molestus. Ad eam quaestionem facilis parata responsio est. Primo de Molorcho narrationem in Actiis totam brevem fuisse, si comparetur longitudo Hecales. Deinde fuit in Molorcho proprium ei fabulae illud de ariete, cui parcere iubebatur pauper hospes; fuit, si recte conieci, de vino eoque multo: de epulis rusticis, olivis, serpyllo, soncho, crethmo, aliis, ea fuisse diligentia expositum, quam videbimus in Hecale, nihil est quod suadeat.

Fuerunt alia celebrata a poetis mythographisque hospitalia. Ut quod Tibullus iuxta Molorchum commemorat, Icaris. Icaris Erigonaeque: de quo Nonnus lib. XLVII. alibi. Tum Celei et Metanirae Triptolemique, de quibus idem Nonnus non uno loco. Partem fabulae de Celeo et Metanira ipsi minime ignotae (Alexiph. 150. Ther. 486.), maxime *κικεῶ* illum, Nicander *Ἐπεροιοιούμενων* libro IV. ad Mismen quandam tra-duxerat: Antonin. Liberal. XXIV. Ovid. Metam. V. 458. sqq. ibique Argumentum vetus, in quo: *Ceres — aestu torrida ad casam cuiusdam anus nomine Mismes devenit.* Nota Baubo. Phytali Cereri (Pausan. I. 37, 2.), Phyalidarum Theseo experta hospitalitas. Pelasgi, qui Cererem exceperat: Pausan. I. 14, 2. Mysii, qui eandem: Pausan. II. 18, 3. 35, 4. Lycaonis, Tantali, Phlegyarum, quos congerit Nonnus libri XVIII. initio. Ut taceam Hyrieum (Nonn. XIII. 97.), Amphictyonem (Pausan. I. 2, 5.), et Cadmi (Nonn. II. 666. V. 119. sq. VIII. 253.) et Pelei nuptias. Nobis nunc ea tantum exempla memorabilia, quibus aliquid peculiare, quo ad fabulam Hecales accedant propius. Sic Staphyli fabu-

lae apud Nonnum lib. XVIII. ea conformatio est, ut Nonno Callimachum et Hecalen in animo fuisse ista fingenti credibile sit. Staphylus, qui quidem iam ante Perseum exceperat (v. 290. sq.), Bacchum magnifice acceptum dimittit; ipse, dum Assyriam peragrat Bacchus, moritur: 327. sqq. Bacchus sero redit, *μνηστὴν ἔχων Σταφύλοιο φιλοστόροιο τραπέζης* (336.), mortuum invenit, lugentes propinquos consolatur; in honorem mortui ludos musicos celebrat, lib. XIX. Qua oportunitate similiter conformata inseritur fabula Celei, XIX. 80. sqq. Celeus, hospes Cereris, mortuus; Ceres *νεοδημίῳ παρὰ τὴν βῆρα* consolans Triptoleum, Metaniram. Deinde quae paupertate ac tenuitate hospitii similia hospitio sunt Hecales. Et Celei Metaniraeque fortunam, quae splendida secundum veteres poetas, ad humilitatem ac paupertatem solus fortasse Ovidius depressit, Fast. IV. 507. seqq. v. maxime 509. sq. et 545. *Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte, Pomaeque, et in teneris aurea mella favis.* Pauper Mismeanus. Tenuitatem coenae Icariae indicat Nonnus XLVII. 39. *ὀλίγη ξείνισσε τραπέζῃ*, sed non moratur ea in re. Aptiora sunt ad Hecalen, quae Ruhnkennii felix diligentia adhibuit: Philemon et Baucis Ovidii lib. VIII. et Bronchus, Bacchi hospes, apud Nonnum XVII. 37. seqq. Vid. de Philemone et Baucide Ruhnkennius in Epist. crit. II. p. 186. ad Call. Fragm. 237. et 246. itemque ad Call. h. Iov. 22. et rursus in Callimacho Ernestii ad Fragm. CCCCLIX. ubi obiter Casauboni errorem et Nic. Heinsii castigat, qui Baucidis mentionem apud Callimachum in *Ἀντίοις* fuisse dixerant. De Broncho idem in Epist. crit. II. p. 179. ad Call. Fr. 50. Et hoc quidem certum puto, observatam esse tum Ovidio tum Nonno Hecalen Callimachi. Quam recte Ovidius hoc vel illud ex Hecale *transtulisse* ad Philemonem et Baucidem dicatur, dubium est. Nos ordinem maxime rerum, quem observat Ovidius, sequuturi sumus in ordinandis fragmentis Callimachi. Nonnum, quem imitatore Callimachi, hoc est verbo-

rum Callimachi, aliunde novimus, *plura* ex Hecale ad Bronchum *traduxisse*, facilius crediderim. Neque mirabitur quisquam, quod Hecales nullam mentionem faciat Nonnus, sed Molorchum proferat exempli caussa. Potuit Nonnus Molorchii exemplo uti, quoniam aptius virum comparari cum viro, quam cum femina hospite, et nihilominus res, verba, mutuari ex Hecale Callimachi. Cum Molorcho commune Broncho est, quod uterque parcere iubetur, ille arieti, hic ovi. Nonnus: ὄϊν δ' ἄψανστον ἐάσας, ποιμενίην τινα δαῖτα θελήμονι θῆκε Λυαίῳ, τεύχων δειπνον ἄδειπνον ἀδαιτρεύτοιο τραπέξης, οἷα Κλεωναίοιο φατίζεται ἀμφὶ Μολόρχου, κείνα, τάπερ σπεύδοντι λεοντοφόρους δι' ἀγῶνας ὀπλισεν Ἑρακλήϊ. Quamquam Bronchum Nonnus aliquanto locupletiore Molorcho facit, qui unicum habebat arietem; et Philemone, qui unicum anserem.

Apud Callimachum modesta domus sive casae cum sumpellectile sua humilitas, tum coenae apparatus simplex et rusticus, sed mundus, cum accurata singulorum ferculorum etiam eorum, quae tritissima, minutissima, enumeratione, imaginem praebebant snavissimam, in qua luculenter eminuisse ingenium inprimis aptum talibus rebus Callimachi credibile est. Ne nimis horridum hospitium, victum supra modum vilem fuisse putēs, ipsa illa rerum, ad apparatus coenae, quantumvis tenuem, pertinentium copia, quam testantur fragmenta, admonet. Deinde pauperem dici Hecalen, mendicam vel egentem non dici, neque in egentem cadere, quod de nota viatori omni hospitalitate Hecales ipse tradit Callimachus, observatum est in Prolegomenis p. 11. Quare nimium dicunt, ut unum alterumque commemorem, Turnebus Advers. I. 15. XXVI. 7. Meursius in Theseo c. 10. quum *mulierem pauperrimam, anum pauperrimam, anum admodum pauperem* dicunt. Nunc, quando de eleganti tabula Callimachea nihil nisi fragmenta supersunt, non pauca quidem illa, sed disiecta, et ex quibus difficile est unam cuivis intuenti

perspicuam imaginem efficere, circumspicientibus exemplum, quod umbram quasi artis Callimacheae exhibeat, praeter elegantem Ovidii narrationem de Philemone et Baucide, Moreti maxime commendo iucundam in re tenui diligentiam atque ubertatem. Tum Germanis facile in mentem veniet idyllium tripartitum I. H. Vossii. Hinc est quod Hecalen proximam fuisse tenuitati ac suavitati poesis bucolicae dixi. Ea observatio duplex est. Nam et pars carminis haec, in qua nunc constitimus, tota naturam generis bucolici habet, et argumenti heroici, quale est devictus a Theseo taurus Marathonium, cum humili scena, deverticulo agresti, more rustico coniunctio, admodum felix illa, singularem efficiebat totius carminis proprietatem virtutemque. Similis res in carmine Theocriti XXV. cui aptam appellationem, epos bucolicum, Hermannus invenit. Quamquam nec ab antiqua poesi epica heroum cum hominibus rusticis congressiones, et vitae pauperum imagines alienae fuerunt.

Addat aliquis cogitando trepidam sedulitatem, blanda verba bonae hospitae. Quarum rerum omnium testimonia vel vestigia supersunt, coniecturae ope, quae tamen fallere potest, in ordinem redigenda.

Primo salutatum in via Theseum introduxit in tugurium, rude illud haud dubie, et sine arte factum (*οἶκον ἄοικον*, ut Bronchi domum Nonnus), quod ipsa verba Callimachi, *καλιή*, et *τέγος*, paullo ante explicatum, loquuntur; et considerare iussit. Fragm. CCXXXVII.

*τὸν μὲν ἐπ' ἄσκάντα κάθισεν.*

Confidenter hoc statuo, ex more antiquo. Odyss. XIV. 48. *ὡς εἰπὼν κλισίηνδ' ἠγήσατο δῖος ὑφορβός· εἶσεν δ' εἰσαγαγών, ῥῶπας δ' ὑπέχευε δασείας· ἐστόρεσεν δ'* etc. Ovidius VIII. 639. *Membra senex posito iussit relevare sedili; Quo superiniecit textum rude sedula Baucis.* Fragmentum illud ad Hecalen retulit, Ovidiumque admovit Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 186. Quod apud Etymologum legitur: —

*Καλλιμάχος καὶ τὸν μὲν ἐπ' ἀσκάντα κάθισεν* (ut editum a Boissonadio Callim. p. 115.), unde Syllburgius conieciat: *καὶ τὸν μὲν ἐπ' ἀσκάνταο καθίσας, καὶ* fortasse corruptum est ex *Ἐκάλῃ*. Formam doricam *ἀσκάντα* quod attinet, illustrant se invicem tuenturque *ἀσκάντα* et Fragm. CCCIV. *ἀράχνα*, quod recte Toupius Emendd. in Suid. P. III. Vol. II. p. 257. (I. p. 483. Lips.) et Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 187. pro genitivo accipiunt dorico. AUSA VIDES Callimachi.

Nostra nunc diaeteticæ eundo calefactum, vel alia vehementiori corporis commotione, statim bibere vetat, ne repente refrigeretur. Cuius cautionis etsi nullum ex poetis antiquis exemplum recordor, tamen providam curam Hecales decere videtur ad Theseum, quum ardens siti ex itinere potum arriperet, hoc est aquam, ut puto, admonitio:

*Ἴσχε τέκος, μὴ πῖθι.*

Fragmentum Callimachi nuper ex libello *περὶ βαρβαρισμοῦ καὶ σολοικισμοῦ* in codice Paris. 2552. a Boissonadio Anecd. Gr. Vol. III. p. 239. ex eodem libello in codice Barocciano a viro docto in Museo Philologico Cantabrig. N. IV. Novemb. 1832. p. 113. erutum. Verba sunt Grammatici: *Περὶ τὰς ἐγκλίσεις, ὡς παρὰ Καλλιμάχου Ἴσχε τέκος, μὴ πῖθι. προστακτικὴ ἀντὶ τῆς ὑποτακτικῆς* (ap. Boissonadium: *ἀνθ' ὑποτ.*) *τῆς μὴ πῖθις*. Et vera haud dubie Boissonadii sententia est, quem ibidem edidit, Herodianum *περὶ σολοικισμοῦ*, p. 256. verbis his: *ὑποτακτικὸν, μὴ πῖθις*, idem significare fragmentum Callimachi. Ex Hecale autem fragmentum esse, viri docti Angli coniectura est. Cui illud non placuerit, is aliam excogitabit occasionem. Veluti ut bibere Theseum vetet, antequam ipsa condimento aliquo miscuerit aquam.

Accedo ad locum periculosum, lubricam coniecturam. Fortasse Hecale Theseo non eo se loco, in quo tum habitabat, natam, sed aliunde advenisse, et divitem se olim fuisse narrabat. Nova res atque inaudita. Id tamen ut moliar, Fragmentum maxime CCCCXXVIII. facit, ut auctum est

a Buttmanno, Quod quum ante uno vocabulo *κολωνάων* constaret, quod ipsum vocabulum quomodo accipiendum esset non satis liquebat ex verbis Suidae, quae supra Cap. II. p. 545. apposui, nunc plura exstant in Scholiis cod. Ambros. Q. ad Odyss. XIV. 199. Ἐκ μὲν Κρητάων. ἀπὸ τοῦ Κρηῆται. καὶ τὰς Ἀθήνας γὰρ ποτὲ ἐνικῶς ποτὲ πληθυντικῶς ὀνομάζει. τοῦτο δὲ ζημιώσας (ζηλώσας emend. Mai.) ὁ Καλλιμάχος τὸν Κολωνὸν ἐνικῶς καὶ πληθυντικῶς εἶπεν· ἐκ μὲν Κολωνάων τις ὁμέστιον ἤγαγε δῆμον τῶν ἑτέρων. Annotat Buttmanus: *Sola hucusque e Suida vox Κολωνάων inter fragmenta num. 428. relata erat. In fronte ἔκ με fortasse fuit, in calce ἑτέρων. Scena ut vides in Attica est; quare ad Hecalen refero.* Recte postremum, de Hecale. Semel colligam argumentationis, qua et ante nos alii fragmenta Callimachea non pauca ad Hecalen revocarunt, et nosmet ipsi revocare alia solemus, capita partesque. Quod primum est, quum magnam fuisse Hecales Callimacheae apud Grammaticos celebritatem, multum usum, certum sit, de quo in Prolegomenis p. 6. monitum, nullum est hexametro versu scriptum fragmentum, iis exceptis, quae alius titulum poematis prae se ferunt, in quo non quaestio se ac suspicio offerre possit, et vero debeat, an sit ex Hecale desumptum. Quaestioni pondus accedit, acuiturque suspicio, ubi fragmentum videas, quod aut gravitate aliqua naturam carminis epici referat, ut ἀμάρτυρον οὐδὲν αἰίδω, et καὶ τὰ μὲν ὡς ἡμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι; aut quod ad longam et continuam narrationem pertinere appareat. Nullum enim longius Hecale carmen fecit Callimachus. Quae pertineant ad longam narrationem fragmenta, saepe magis sensu percipitur quam rationibus demonstratur. Sed sunt tamen huius quoque rei satis certa indicia quaedam. Ut quum non poetam narrantem, sed loquentes personas audimus poetae. Sermones enim longiori maxime narrationi proprii sunt. Conficit rem, si quid cernitur in fragmento, quod facile ad notam nobis pro-

prietatem Hecales vel ad Thesei res eas, quae sunt cum historia Hecales coniunctae, referatur. Ea multa sunt, non omnia comprehendenda hoc loco, sed cognoscenda sparsis per disputationem nostram exemplis. Veluti Fragmentum CCCXXVIII. eo vindicatur Hecalae, quod scena, ut verbis utar Buttmani, in Attica est. Eodem argumento illud, *Λιμναῖοι δὲ χοροστάδας ἦγον ἑορτάς*, etiam ante repertum codicem Ravennatem, ad Hecalen referre aliquis e coniectura poterat. Quae ad res factaque Thesei fragmenta pertineant, et docui exemplis, ut illo: *πέδιλα, τὰ μὴ πύσε νήχυτος εὐρώς*, et mox docebo aliis, ubi ad Episodia perventum erit, Cap. VI. Denique fundamento facto, hoc est, concepta atque adumbrata ex his fragmentis, quae probabili indicio quodam ad Hecalen revocantur, et ex illis, quae esse ex Hecale testimonio constat, carminis Callimachei partiumque eius imagine, etiam ea inseri fragmenta, in quibus nullum proprium indicium, modo apta sint narrationis a te adumbratae seriei et continuationi, licet: sed modeste, et ut fatearis incerta te loqui, et esse illa etiam aliis locis apta. Fallax coniectura est; ac fortasse etiam inter illa, quae confidentius adscripsi ad Hecalen, unum alterumque est, quod iniuria adscripsi. Sed tamen persuasum fere est, si quando futurum sit, ut eruatur ipsum integrum carmen Callimachi, quod non fiet; sed si fiat, eorum quae addere neglexerim, numerum inventum iri maiorem horum numero, quae iniuria addidi. Fragmentum CCCXXVIII.

*ἔκ με Κολωνάων τις ὁμέστιον ἦγαγε δῆμου  
τῶν ἐτέρων,*

in quo *με* verissima est Buttmani emendatio, si est ex Hecale, nemo hoc dicere, nisi ipsa Hecale, potuit. Alium qui ibi fuerit cum Hecale et Theseo tertius, non habemus. Theseus autem, de quo cogitasse Buttmannum, eaque de causa *ἐτάρων* coniecisse suspicor, non potuit, si quid video. Nam neque cur *e Colono* se venire dicat Theseus, apparet; ne-

que quis fuerit *ἔταρος* ille, liquet. Atque disertius hoc dicturus fuisset poeta, ni fallor: non sic obscure, *τῶν ἑτέρων τις*. Ut taceam minus accurate *ὀμέστιον* dici de eo, qui semel, ut Theseus, ad aliquem locum accedit. Fortasse non *ἑτέρων*, sed *δήμου* tentandum est. Hoc modo:

ἔκ με Κολωνάων τις ὀμέστιον ἤγαγε δαίμων  
τῶν ἑτέρων.

ex Homero *Odyss.* VII, 248. ἀλλ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐφρέστιον ἤγαγε δαίμων οἶον. et XIV. 586. ἐπεὶ σε μοι ἤγαγε δαίμων. XXIV. 149. καὶ τότε δὴ ῥ' Ὀδυσῆα κακὸς ποθεν ἤγαγε δαίμων. Callimachus *Lav. Pall.* 81. τίς σε — χαλεπὰν ὁδὸν ἤγαγε δαίμων. Nonnus XLIV. 265. Ἀκταίην δὲ μάχαιραν ἀπ' Ἀττίδος ἤγαγε δαίμων. Tryphiodor. 420. τίς σε πύλιν, κακόμεντι, δυσώνυμος ἤγαγε δαίμων. τῶν ἑτέρων ita accipio, insolenter sane dictum, ut significet *hos alios*. *ὀμέστιος* vocabulum post Callimachum frequentat Nonnus. *συνέστιος* apud Apollonium, Oppianum, et rursus Nonnum; *παρέστιος* Callim. *Fragm.* CCCCXI. Apollon. Oppian. *ἐφρέστιος* post Homerum Apollonius et Oppianus saepe, tum alii. Cum genitivo illud construit Sophocles: *Λωδῶν ναιῶν Ζεὺς ὀμέστιος βροτῶν*. Haec si vera sunt, narrabat Hecale se e Coloneum in locum, quem habitabat, qui postea nomen ab ipsa traxit, devenisse.

Divitem olim fuisse colligas ex Fragmento LI.a.\*

δινομένην ὑπὸ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσαν ἄλωα.

Quod fragmentum nemo, puto, in Hecale poneret, nisi diserte afferretur ex Hecale. Nunc, quum hoc certum sit; deinde quum praeter ipsam Hecalen nemo sit, quem hoc dixisse de sua area conicias: nisi Theseum dicere statuas: coniectura nascitur, de pristino loqui Hecalen tempore, quo aream habuerit et opus facientes in ea boves, lactioremque eo hospitalitatem exercuerit. Sane boves habuisse sive Aegaeum sive Theseum, eosque suo tempore occupatos in area, quam suam dicere posset Theseus, fuisse, partim Plutarchi

'Thes. c. 3o. testimonio constat, partim credetur sine testimonio. Verum quo sententiarum nexu in Hecale Theseus dixerit: *δινομένην ὑπὸ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσαν ἄλωα*, non liquet. Versum multi laudant, multumque variant, sed ut nihil extrices, quod praestet repraesentatae a me scripturae Ernestianae vel potius Ruhnkenianae. In Etymologico M. erat, et est, *δινομένη περι βουσὶν ἐμὴν ἐφύλαξεν ἄλωα*. quod tenet in ed. Graevii Bentleius, solo ille Etymologico M. usus. *δεινουμένην ὑπὸ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσαν ἄλωα* Suidas v. *Δεινουμένην* T. I. ed. Kust. p. 533. I. p. 905. ed. Gaisf. ubi *δινομένην* primum proposuit Portus, at Gaisfordius Suidam certe in capite glossae *Δεινουμένην* reperisse monet. *δινομένην περι βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσαν ἄλωα*. Etymol. Ms. Leid. apud Valckenarium Epistt. Tittmann. p. 50. Ernestius ex eodem ἐφύλασσαν laudat. *δινομένην περι β. ε. ἐφύλασσαι ἄλωα* Lexicon MS. Bibl. Reg. Paris. apud Ernestium. cui simile ex parte, quod Choeroboscus in Theodos. Anecd. Bekker. III. p. 144o. habet: *δινομένην περι β. ε. ἐφύλαττον ἄλωα*. Suidam adhibet, Kusterum qui *θεινομένην* voluerat, refutat, et *δινομένην* approbat tueturque Hesiodi auctoritate, tum in alia digreditur Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 179. Qua in disputatione quid displicuerit vel dubium fuerit Valckenario, velim doceri. Is enim ubi attingit hoc fragmentum Epistt. Tittm. I. I. ita scribit, scilicet respiciens haud dubie tum primum editam (a. 1751.) Epistolam crit. II. Ruhnkenii: *Hic a Ruhnkenio Nostro diversum sentiebam, sed Elegantissimo iuveni nolim obniti.* Alibi Valckenarius eam disputationem eum laude commemorat: ad Herodot. II. 14. Hesiodi locus usque verbi *δινέμεν* non prorsus idem est qui Callimachi, sed satis illustrat Callimachum. *Ἔργ. 595. δμωσὶ δ' ἐποτρύνειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν δινέμεν, — — χώρη ἐν εὐαεὶ καὶ εὐτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ.* ubi Proclus: *τὸ γὰρ δινέμεν ἐστὶ τὸ περικυκλοῦντας καὶ περιελαύνοντας τοὺς βόας ἐν αὐτῇ τα θέρῃ τριβόντας ἀλωῶν.* Pro τὰ θέρῃ Ruhnkenius τοὺς ἀθέ-

ρας legi iubebat. mihi potius ἐν αὐτῇ suspectum, et ἐν ἄλωῃ restituendum ex Hesiodo videbatur: at neque hoc opus est. Qui alibi ex more poetarum epicorum antiquiorum ἄλωῃν dicit, Aratus, semel v. 941. (209.) ἄλωα, ut Callimachus et Nicander Fragm. III. 1. (Athen. IX. p. 369. C.) κλινοδρωτῆς ἐφ' ἄλωος. Addaeus Ep. I. (Anth. Pal. I. p. 271.) ἄλωος, cum var. script. ἄλωνος, ut est ἄλωνι apud Antipat. Sid. CXI. (Anth. Pal. I. p. 366.) Quis fuerit, qui ἐφύλασσει, apud Callimachum, dubium. An servus? Tale quid obversabatur Eldikio Suspíc. Spec. c. IV. qui fragmentum Callimachi comparat ad illa Tibulli I. 5, 21. *frugumque aderit mea Delia custos, Area dum messes sole calente teret.* Nunc quum de servo eo nihil constet, aliam explicationem anquiro. Consentaneum est Ceresis nomen suppleri, Δημήτηρ, Δηώ. Areae praest Ceres. Theocritus VII. 155. βωμῶ πάρ Δάμιτρος ἄλωάδος· ἄς ἐπὶ σωρῶ etc. ubi alteram quoque formam Schol. commemorat, ἀλωίς. ibid. 35. μάλα γάρ σφισι πίονι μέτροφ ἡ δαίμων (Ceres) εὐκρίθον ἀνεπλήρωσεν ἀλών. Officium Deae ἄλωάδος luculenter describit Homerus Iliad. V. 499. ὡς δ' ἄνεμος ἄγγρας φορέει ἰερός κατ' ἀλωάς, ἀνδρῶν λικμῶντων, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ κρήνη ἐπειγομένων ἀνέμων καρπὸν τε καὶ ἄγγρας. quos versus Orpheus Fragm. p. 511. (Lobeck. Aglaoph. I. p. 423.) suos fecit. Cf. Oppianus H. IV. 497. sqq. Maximus v. 507. Hesychius: Εὐαλωσία. Δημήτηρ, ὅτι μεγάλης τὰς ἄλωος ποιεῖ καὶ πληροῖ. ubi Ruhnkenius ex Orphei hym. XXXIX. 5. Ceresis epitheton ἀλωαία comparat. Alia ad significationem vocis ἀλωή alteram latiore, qua ipse agri culti universi ambitus et sata significantur, revocanda sunt. Sic apud Nicandrum Ther. 113. ἀλώϊα vel ἀλώϊα ἔργα manifesto opus messoris significant. Eodemque spectat haud dubie Nonni ἀλωίος Δηώ, XXX. 68. vel potius, ex emendatione Graefii, ἀλωιάς sive ἀλωιάς. Vere emendasse Graefium Ioannis Gazaei exemplo probo, v. 658. (Il. 500.) Θαλνσιῶς-καρποφόρος Δημητρός ἀλωιάς. Itaque hoc epitheto omnia, metendi opus,

inferendi in ἄλω quae proprie dicitur, atque exterendi, comprehendi videntur. εὐρύαλως Δηῶς quum dicit Nonnus VII. 82. nihil nisi latos agros significari putem propter similia εὐρύαλως ἀρούρης IV. 409. XXXIX. 159. et εὐρύαλωος κόμης, χώρας, Evang. Io. XI. 51. XII. 1. et εὐρύαλοιο γαίης XI. 55. Haec sufficiant de Dea ἀλωάδι, quae nobis illam Hecales ἄλωα, si fuit Hecales, *custodivisse* videtur.

Quum semel inter incerta verser, non verebor periclitari in versu obscurissimo poetae anonymi apud Suidam v. Κοκκύαι: ἀφ' ὑμέων κοκκύσει καθημένη ἀρχαίησι. ubi Por-tus coniiicit: πὰρ δ' ὑμέων κοκκύσει καθημένη ἄ. Toupius: εὐφρήμως κοκκύσει παρημένη ἄ. ut de modesta virgine sermo sit. Iacobsius in ἀφ' ὑμέων poetae nomen, Εὐφορίων, latere suspicabatur: quem sequutus est Meinekius Fragm. Euphor. CLVI. Sane talem quendam poetam, qualis Euphorio, decet κοκκύαι s, κοκύαι vocabulum. Quid si Callimachus sit? Coniicio:

*ὑμείων κοκύσει καθημένη ἀρχαίησι.*

*a vobis descendens priscarum aviatarum serie.* Verba Hecales ad Theseum, quibus significat se ex prisca antiquissimorum Atheniensium stirpe esse. ἀφ' apud Suidam fortasse explicationis caussa additum. Ibi igitur illud quoque esse potuit, aliud Hecalae nomen proprium fuisse, ut conieci, sed dubitanter, p. 515. Sed teneri velim, quod praefatus sum: quicquid de pristina conditione, laetiore illa, Hecales disserui, coniecturam esse mihimet ipsi incertam. Aliquid tentandum erat, ut explicationem invenirem fragmentis, quae esse ex Hecale partim testimonio constat, partim probabili argumentatione efficitur, LI.a\*. et CCCCXXVIII. Et tentandum, quod in se probabilitatem haberet: quale est, nisi fallor, hoc meum. Callimachi esse versum, quem postremo loco tractavi, ap. Suid. v. Κοκκύαι, etiam Toupius aliquando coniecerat, ut nunc intelligo ex verbis eius, quae publicavit Gaisfordius ad Suid. v. Κυμαιίει. Omnino recte Toupius, sicubi non notum aliunde fragmentum poetae, sed docti poetae, videt,

statim quaerit, an sit Callimachi, vel etiam Apollonii: v. Emendd. in Suid. P. II. Vol. I. p. 315. (T. I. p. 209. Lps.) et apud Gaisfordium in Suid. v. *Ἐαρ* et v. *Περίθριξ*. De Apollonio non tam explorata res est. De Callimacho sentiebat cum Toupio Ruhnkenius.

Denique quae suam quondam *aream* memorasset, etiam *suum aratrum* memorare posse videbatur. Fragm. CCCXXXV. *οἳ κεν βρωσεῖόντες ἐμὸν παρίωσιν ἄροτρον*, cum explicatione Toupii Addend. in Theocrit. p. 395. Cui explicationi non multum obstat, quod dicitur *ἢ γέρανος*. Sed abstinendum est, et properandum eo, ubi pede magis certo ingredi liceat.

Credibile est excusavisse Hecalen paupertatem suam, tenues epulas. Ut aliquid excusationis praefatur Eumaeus Odys. XIV. 58. et 80. Ibi inserto versum anonymi, quem admodum felici coniectura Ruhnkenius Epistt. Tittm. p. 21. Callimachi esse et ex Hecale divinavit, apud Suidam v. *Λιμός*:

*γαστέρι μούνον ἔχοιμι κακῆς ἀλκτῆρια λιμοῦ.*

Cf. Suid. *Ἀλκτῆρια λιμοῦ*. Recepit inter Fragmenta Callimachi Blomfieldius, CCCXC. Thesei verba, respondentis ad excusationem Hecales, vel antevertentis paranti excusationem Hecalae. Apud Ruhnkenium memoriae lapsu, ut puto, *ἀλκτῆρια νόσου* legitur. Quod per se minime displiceret. *νόσος* enim recte fames, non solum illa inexplata Erysielthonis Callim. h. Cer. 68. sed omnis fames diceretur, ubi addita *γαστέρος* mentio. *ἀλκτῆρια νόσων*, sed de morbis proprie dictis, Nicander Alexiph. 350. et *νόσων ἀλκτῆρια* Ther. 528. *ἀλκτῆρια νόσων* Nonnus Evang. Io. III. 14. cf. *ἀλκτῆριον* XIII. 4. et Dionys. XLV. 348.

Ut apud Ovidium postquam considerare deos iusserunt Philemon et Baucis, proximum Baucidi est, ignem excitare in foco, eodem ordine, ut puto, processit Hecale Callimachi. Fragm. CCCCLIX\*. ex Etymol. MS. Bibl. Leidens.

*παλαιῖτα κἄλα καθήρει.*

cum annotatione Ruhnkenii: *Hecale vetusta ligna, quibus in foco uteretur, de strue aut aliunde detraxit. Imitatus est Ovidius Metam. VIII. 644. de Baucide.* Verba sunt Ovidii: *ramaliaque arida tecto Detulit.* Non statim extrico, an idem sit liber Etymol. Ms. Bibl. Leidens. et Glossarium Ms. Vossianum, ex quo eadem vel prorsus similia annotata sunt in schedis Ruhnkenii Epistt. Tittmann, p. 103. sq. Quum non omnibus praesto sint Epistolae illae, apponam quae ibi referuntur e Glossario Ms. Vossiano: *Καλόστροφος· σχοινόπλοκος. Κἄλον γὰρ τὸ σχοινίον. ἴσως ὅτι ἀπὸ τοῦ φλοιοῦ ξύλου τὸ πρῶτον ἐπειηδευθή· κἄλον γὰρ τὸ ξύλον εἴρηται, ἀφ' οὗ καλόπους, τὸ λεγόμενον καλοπόδιον. Καλλίμαχος Ἐκάλῃ· παλαιῖθεται κἄλα καθήρει.* Neque negligendus, quo Ruhnkenius utitur, Suidas: *Κἄλα παλαιῖθεται. ξηρὰ ξύλα, ἐκ πολλοῦ ἀποιεθέντα χρόνου. κἄλα* post Callimachum et Callimacho antiquiores, sed eos non multos, Orpheus Arg. 313. Eandem in rem habile est Fragmentum CCLXXXIX.

*ξύλα δανά κεάσσαι.*

Ovidius l. l. *Multifidasque faces, ramaliaque arida tecto Detulit, et minuit, parvoque admonit aeno.* Veluti sic: iussit Hecale ancillam *ξύλα δανά κεάσσαι.* Si ancillam habuit Hecale, de quo statim. Verum quum eadem verba, *ξύλα δανά κεάσσαι*, apud Homerum Odys. XV. 322. exstent, quaeritur, quo iure ea Callimacho Suidas v. *Δανά* attribuat. Et Kusteri quidem, itemque Ruhnkenii Epistt. Tittm. p. 103. sententia erat, errare Suidam, et Callimacho male tribuere, quod Homeri esset. Altera est Ernestii opinio, Callimachum hoc hemistichium ex Homero in sua duxisse. Et sane potuit accidere, ut quod ex Homero tamquam primo auctore deberet, id ex imitatore Homeri Callimacho laudaret grammaticus. Eadem dubitatio in Fragmento CCCXVI. Suidae addatur Zonaras p. 470. Verum tamen is quod et ipse *Callimachum* citat, nullum novum pondus addit: nam e Suida, vel ex proximo Suidae fonte, hausisse Zonaram, illud fidem facit,

quod eodem modo perversa ordine verba Zonaras laudat, quo sunt apud Suidam, sic: δανά ξύλα κ. Anna Fabri p. 166. (p. 368. ed. Ern.) quum e *Constantino* laudat eadem, non, quod aliquis opinetur, Constantinum Lascarin, sed Roberti Constantini Lexicon intelligit.

Differebat aliquid Hecalen inter et Philemonem Baucidem-que Ovidii, quod quum apud Ovidium bipartitum sit munus hospitii, ut ignem incendat Baucis, at Philemon olus colligat ex horto, quod deinde Baucis truncat foliis, et sic alia, apud Callimachum Hecale ista omnia peregissee sola videtur. Et in Moreto ille, dum ipse in mola occupatus est, Cybalem vocat, atque *arsura focis imponere ligna Imperat, et flamma gelidos adolere liquores*: v. 37. cf. v. 50. An Hecale quoque ancillam habuit? Non negaverim, etsi quae eius rei indicia invenire tibi in fragmentis videaris, perquam tenuia sunt. Cf. mox ad Fragm. CLXXVIII. et CCLXXXII.

Gibum quod attinet, hoc pono tamquam certum, non appositam esse carnem recentem. Atque hoc illud, in quo cernebatur tenuitas mensae Hecaleae. Puto quod non haberet Hecale vaccas, oves, capellas, nisi forte lactis causa. Fuit igitur τράπεζα Hecales ἀναιμάκτος, quo vocabulo Nonnus utitur XVII. 62. εἰλαπίνην ἐλάχειαν ἀναιμάκτοιο τραπέζης, de victu, quo Bacchus nutritus fuerat apud Cybelen. et alio sensu Sibylla quae dicitur, VIII. v. 186. τούτῳ θές καθαράν τε ἀναιμάκτόν τε τράπεζαν. Vel ἀδαιτρευτος, quod Nonni vocabulum eandem in sententiam interpreto, ut cibi proprietates significetur eius, in quo non opus ut dividatur, h. e. dissecetur. Nonnus XVII. 51. τεύχων δειπνον ἀδειπνον ἀδαιτρευτοιο τραπέζης, de Broncho, qui ovi parcere iussus erat; XL. 419. αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἔτερπεν ἀδαιτρευτῷ παρὰ δειπνῷ, scil. Bacchus apud Astrochitonem, qui nectar et ambrosiam apponit; Evang. Io. XXI. 15. ἔχθρόεν μετὰ δειπνον ἀδαιτρευτοιο τραπέζης. Dignum Callimacho foret hemistichium: ἀδαιτρευτοιο τραπέζης. Cf. similiter dictum ἀβακ-

*χεύτοιο τραπέζης* Evang. Io. II. 3. Apponam alia, quae Nonnus suam in rem, hoc est, Bronchi in epulas, transtulisse e Callimacho videatur. Ac primum quod scribit XVII. 59. *Βάκχον ἀνήρ ἄγραυλος ἐρημάδι δέκτο καλιῆ*, et quod v. 59. *φιλοξείνω δὲ νομῆι*, in mentem revocat illud Callimacheum, *φιλοξείνιο καλιῆς*. Deinde haec sunt haud indigna Callimacho vocabula: v. 45. *εἶδασιν οὐτιδανοῖσι, καὶ ἀγραύλοισι κυπέλλοις*: scil. lactis, et quidem caprini. v. 50. *ποιμενίην τινὰ δαῖτα*. v. 59. *ἀγρονόμων λιτὰ δεῖπνα*. v. 60. *ὀλίγης ἔψανσε τραπέζης*, ut *ὀλίγη* ξείνισσε *τραπέζῃ* de Icario XLVII. 59. v. 62. *εἰλαπίνην ἐλάχειαν ἀναιμάκτοιο τραπέζης*. v. 67. *ἀλλ' ὅτε Βάκχος ἀναξ νομῆς ἐκορέσσατο φορβῆς*. v. 81. *νομῆς τραπέζης*. Non dico haec in Hecale fuisse omnia; unum alterumque fuisse coniicio. Ut *ἐλάχεια*, quod apud Homerum et Homeridas vix ter, non sine varietate scripturae, at apud Nonnum decies reperitur, deceret Callimachum, cuius aliud ausum est (Fragm. CCCXLIX.) *ἐλαχός*. Sed aliquid tamen carnis apposuisse Theseo Hecalen, ingeniosa coniectura erat, partim ex Ovidio ducta, partim in fragmento quodam Callimachi innitens, Ruhnkenii. Fragmentum est CCXLVI. *δίχορον φίτρον ἀειραμένη*. quod Ruhnkenio Epist. crit. II. p. 186. ex Hecale sumptum, ad Philemonem transtulisse videbatur Ovidius ita: *furca levat ille bicorni Sordida terga suis, nigro pendentia tigno*. Simulum in Moreto non habuisse pernam diserte monetur v. 56. 7. atque ita monetur, ut intelligas paupertatis esse testimonium, quod non haberit. Hecale potuit habere, potuit non habere. Mihi de coniectura Ruhnkenii unum dubitationem iniiciebat hoc, quod admodum apta pentametro viderem verba *δίχορον φίτρον ἀειραμένη*. Sin hexametri fuerint; in Hecale, ita disponenda esse apparet:

*δίχορον*

*φίτρον ἀειραμένη.*

Nam *δίχορον* scribendum est, ut est in Fragmentis a Vulca-

nio collectis et apud Annam Fabri p. 554. ed. Ernest. non *δίκροον*: cf. laudati Ruhnkenio A. Heringa Observ. p. 107. ibique Nicand. Ther. 228. Toupius Anim. in Schoi. Theocrit. p. 217. tum recentiores, Brunckius ad Apoll. Rhod. IV. 1613. Schaeferus ad Schol. Apoll. Rhod. praef. p. XV. sed quod ibi p. 26. legitur e cod. Paris. enotatum, *δέ κρᾶς* vel *δικράς*, alio modo emendandum haud dubie. Nobis Toupius maxime memorandus, qui ex Etymologo in v. *Μίκκος* hoc protulit, ad ipsum illum Callimachi locum referendum: *φιτρός δίκρος, τὸ φουρκίον*. Alia significatione generali *φιτρός, φιτροί*, apud Homerum, Apollonium, Orpheum in Argonauticis.

Initium coenae factum ab olivis putem. Ut initium Ovidius facit: *Ponitur hic bicolor sinceræ bacca Minervæ, Conditaque in liquida corna autumnalia faece, Intubaque, et radix*. Iam de olivis ex parte tam perspicue Callimachus, ut nihil dubites, appositas fuisse integras, conditas sale, vel etiam tum, quum apponebantur, natantes in muria. Fragm. L.\*

*γεργέριμον πίτυρὶν τε καὶ ἦν ἀπεθήκατο λευκῆν  
εἰν ἀλλὲ νήχεσθαι φθινοπωρίδα.*

Nonnus XVII. 54. 5. manifesta imitatione, quam monstravit Epist. crit. II. p. 179. Ruhnkenius: *χύδην δ' ἐπέβαλλε τραπέζῃ εἰν ἀλλὲ νηχομένης φθινοπωρίδος ἄνθος ἐλαίης Βρόγγος*. De duobus apud Bentleium testimoniis Suidae in v. *Γεργέριμον* et v. *Φθινόπωρον*, alterum in *Φθινόπωρον* nunc deletit Gaisfordius. *γεργέριμον* rursus commemorat Suidas in *Ἐλαία*: — *ὅτι τὴν ἐν τῷ δένδρῳ πεπανθεῖσαν ἐλάαν γιγέριμον* (libb. Gaisf. *γιγέριμον, γεγέριμον*) *ἔλεγον παρ' ἡμῶν δὲ ῥουπύταν*. hoc postremum emendant *δροῦπαν*. cf. Suidas in *Δρούππα* et *Δρουπέπης*, ubi e Cornelio Longo (Anal. Br. II. p. 200. Anth. Palat. I. p. 246.) *τὴν θ' ἀλίναστον δρούπεπα*, et a Kustero Glossa laudatur haec: *Γεργέριμος· ἐλαία μέλινα*. Non negligendum, quod in Anthologia Palatina ante epigramma Cornelii Longi proximum est, eodem argumento, epigramma Gaetulici (Anal. Br. II. p. 166.): *καὶ ταύτην ἀπέτη-*

λον ἀλινήγειραν ἐλαίην. quod Suidas interpretatur τὴν ἐν ἀλί νηχομένην. Reputet velim lector me hac maxime in parte Hecales consistere in iis, quae ad explicationem Callimachi sufficiant, non arripere quicquid ad res, quas attingit Callimachus, aliquo modo referendum aut veteres scriptores docent aut interpretes illorum viri docti afferunt. Sic probe recordor, quae ad olivas κολυμβάδας, ἀλμάδας, alias, pertinentia Athenaeus II. p. 56. interpresque Athenaei Schweighaeuserus disputant. Unde hoc tantum delibo, quod Coraëus observat, muria conditas et feniculo olivas Graecos etiamnum nosse et κολυμβητὰς ἐλαίας appellare. Deinde quas praeter eam, quam diserte distinguit, κολυμβάδα, olivas alias commemorat Callimachus, γεργέριμον πίτυρὶν τε, quod apparandi modum attinet, θλαστός fuisse, vel στέμφυλα, credibile est. Coniungit ἐλάας et στέμφυλα Anaxandrides Athen. IV. p. 131. E. Iuvat interdum etiam parva in re ostendere, quam sibi similis atque constans sermo sit Callimachi. Verborum nexu simile Fragmento L. hoc est hymno in Del. 21. Σαρδὼ θ' ἰμερόεσσα, καὶ ἦν ἐπενήξατο Κύπρις ἔξ ὕδατος ταυροῦτι.

Aderat

ἔρφυλλον, vel potius ἔρφυλλος,

Fragm. LX\*. Et

σόγγος,

κοῦθμος,

Fragm. LXIII\*. LXIV\*. Et de his, *soncho* et *crethmo*, admodum luculentum Plinii est testimonium. Utinam qui fragmenta Hecales afferunt alii, eadem diligentia non solum Hecales fragmenta esse, sed quo in loco Hecales fuerint, docerent. Verba sunt Plinii XXII. 22. (44.) *Estur et sonchos, ut quem Theseo apud Callimachum apponat Hecale, uterque albus et niger, lactucae similes ambo, etc.* XXVI. 8. (50.) *Eadem vis crethmo ab Hippocrate admodum laudatae. Est autem inter eas quae eduntur silvestrium herbarum. Hanc certe apud Callimachum apponit rustica illa Hecale: species-*

que est batis hortensiae. — *Estur crudum coctumve cum ole-  
re, — Servatur etiam in muria.* Cf. XXV. 13. (96.) *Crethmos  
agrius.* Unde mihi κρηθμος placuit. Apud Galenum tamen  
κρηθμον est. Est etiam κρηθμόν (de qua varietate prosodiae  
Bachmann. ad Lycoph. 258.) et σόγχος apud Hesychium, incer-  
tum utrum e Callimacho, an e Nicandro Ther. 909. et Geor-  
gicor. fragm. V. (Athen. IX. p. 571. C.) ubi σόγχος. Vilia  
edulia, ut videbitur: ne cui nimis vilia ac nimis minuta vi-  
deantur, intuborum apud Ovidium, et intubi aliarumque her-  
barum in rustica coena Lucilii lib. V. meminerit, et lactucae,  
cui quidem sonchos similes esse Plinius scribit. Et quae  
alia vel ex uno Theophrasto cognoscas, magnam in cibis  
inveniendis industriam Graecorum pariter ac saepe conten-  
tam parva re famem testantia, λάχανα. Tam modeste au-  
ceps Babrii Fab. IX. coenaturus erat, θύμβραν καὶ σέλινα,  
quum superveniente hospite, de perdice, mansueta illa, et  
de gallo gallinaceo cogitare coepit. Cuius temperantiae, Athe-  
niensibus maxime consuetae, et carpi solitae in Atheniensi-  
bus, exempla alia, qui volet, apud Athenaeum in libro se-  
cundo p. 60. videat, et lib. quarto p. 130. sqq. Unde satis  
habeo excerpisse proverbii in modum dictum Antiphani IV.  
p. 130. F. Ἐλληνες μικροτράπεζοι, φυλλοτρῶγες. et iam con-  
gesta a Marklando ad Eurip. Suppl. 864. de *soncho* testimo-  
nia Antiphani II. p. 60. D. Matronis ibid. p. 64. C. Hegesan-  
dri VI. p. 250. E. Cf. Theophrastus Hist. pl. VI. 4, 8. cum  
obss. Schneideri, et laudatus Harduino ad Plinium Galenus  
de simpl. medic. fac. lib. VIII. T. XII. Lips. p. 128. Ἐρπυλλον  
et κρηθμον coniuncta, sed alium in usum, apud Nicandrum  
Ther. 909. habes. Praeterea ἔρπυλλον commemorat idem  
Alexiph. 274. Ther. 67. 553. Fragm. II. (Athen. XV. p. 685. F.)  
40. Inter edulia ἔρπυλλος est, iuxta corna, punica, papa-  
ver, pira, olivas, apud Anaxandridem Athen. IV. p. 131. E.  
Ad κρηθμον memorabilis est Schneideri in Lexico gr. obser-  
vatio, etiam nunc κρηθμον herbam habere Graecos, eaque

vesci. Et Hecales mensam inprimis decent facile parabilia undecumque *λάχανα τῶν ἀντοχθόνων*. Nisi ex hortulo quodam suo profecerit. Cf. si placet, de hortis priscae simplicitati gratissimis atque utilissimis nobile Plinii XIX. 4. (19.) testimonium. Sed fere persuadent laudati ante Plinius et Galenus, sonchum et crethmum non hortensia fuisse, sed agrestia, *ἀρουραῖα* s. *ἄγρια*, olera. Atque hoc fortasse est, propter quod Casaubonus ad Athen. VI. p. 250. E. Anim. p. 457. scribit, sonchum fuisse *inter vilissima olera*. Quod apud Plinium XIX. 4. (19.) legitur, *acetaria* vocabulum, cum explicatione Salmasii, eius fortasse aliquis ad nostram disputationem usus est. Scilicet quo ista modo apparata ab Hecale fuerint, serpyllum, sonchus, crethmus, fortasse ab eo pendet, qua anni tempestate Theseum ad Hecalen venisse statueris: de quo ego nihil habeo nisi propositam Cap. III. extr. in Fragm. CLXXX\*. opinionem meam. Ergo, quae est non inusitata Theophrasto distinctio, aut *ἐφθιά* fuerunt aut *ὀμά*. Si non cocta, et fortasse simplicitati huius coenae convenit, nihil coxisse Hecalen praeter illud, quod paullo post videbimus: aut cruda apposita fuerunt, ut erant recens collecta, statim edenda, fortasse ex aceto. Aut, quo ducunt olivae muriaticae, et Plinii de crethmo verba, *Servatur etiam in muria: ἄλμαῖα* haec quoque, i. e. postquam per longius temporis spatium in muria, vel aceto, recondita fuissent: qualia, post *ἀλμάδας ἐλάας κολυμβάδας*, ex Nicandri Georgicis recenset, hiemis maxime in usum destinata, Athenaeus IV. p. 133. D. E. Quam aliam mixturam Nicander in eodem Georgicorum libro ap. Athen. IX. p. 371. C. describit, in qua *σόκος* est, utrum decoquenda fuerit, an alio modo apparanda, ambigo. Hic inserendum fortasse Callim. Fragmentum CCCC. ex Plinio, cuius haec XXV. 13. (106.) verba sunt: *Erigeron. Nomen hoc Graeci dederunt, quia vere canescit. Caput eius numerosa dividitur lanugine, qualis est spinæ, inter divisuras exeunte. Quare eam Callimachus acanthida appellat, alii pappum.*

*Nec deinde Graecis de ea constat.* In λαχάνοις numeratur a Theophrasto Hist. pl. VII. 7, 1. Comprehendam omnia versu: σόγγον . . . κρηθρόν τ' ἠδ' ἔρπυλλον, ἀκανθίδα τ' ἠριγέροντα. Ita enim interpretor Plinium, non ut quem ceteri ἠριγέροντα, eum Callimachus ἀκανθίδα appellaverit, sed ut ἀκανθίδα epitheton fecerit. Non obstat genus, ὃ ἠριγέρον. Denique Callimachi haec: ἦχι γέγεια ἄνθεα μήκωνός τε Fragm. CCLII. huc illuc versavi, an vellent commoda se praeberē ad hanc coenae Hecaleae partem. Sed nihil efficio. Illud sane probabile est, quod emendatione effecit Bentleius, certe nihil inventum a quoquam melius emendatione Bentleiana scio: Callimachi esse tam quod praecedat apud Etymologum: ἦ ῥ' ὅτι τῶς ὃ γέγειος ἔχει λόγος. Et fortasse ex eodem opere utrumque. Quod in hoc: ἦ ῥ' ὅτι τῶς ὃ γέγειος ἔχει λόγος, nescio quid epicae indolis animadvertere tibi videaris, id non tantum est, ut Hecalae adiudicari debeat, Aetiis nequeat.

Praeter olivas et praeter herbas s. olera aliquid Hecalen apposuisse amplius, sponte intelligitur, et recte viri docti, Toupius, Ruhnkenius, fragmenta alia circumspexerunt, quibus locupletaretur huius tenuis, sed in tenuitate amplae coenae descriptio. Igitur huc revocarunt Toupius Emendd. in Suid. P. V. Vol. III. p. 182. (II. p. 287. Lps.) itemque Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 185. et Epistt. Tittm. p. 20. fragmenta haec, unum Callimachi, CLXXVIII.

αὔθις ἀπαιτίζουσαν ἐννῶν ἐδεργέα λάκτιν.

alterum anonym. apud Suidam v. *Κυμαίνει* (Fragm. Blomf. CCCCLXXVIII.)

αἴψα δὲ κυμαίνουσαν ἀπαίνντο χυτρίδα κοίλην.

Et *pultem* quidem sive ἔννος, sive qua alia appellatione utaris, datam Theseo esse, tam probabile est quam quod maxime. Quodsi alio quodam cibo opus erat, quo satiaretur Theseus, ut fuit opus haud dubie, nullum aptiorem esurienti viatori cibum, nullum qui magis deceat conditionem hospitae,

excogitaveris. Priora, olivae, et herbae istae, non satiaverant: de quibus fere id sentiendum esse censeo, quod de lactucis scribit Plinius: *Est quidem natura omnibus refrigeratrix, et ideo aestate gratae stomacho fastidium auferunt, cibique appetentiam faciunt.* Athenaeus IV. p. 133. A. Ἐχρῶντο γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τοῖς εἰς ἀναστόμωσιν βρώμασιν, ὥσπερ ταῖς ἀλμαίαις ἐλάαις, ὡς κολυμβάδας καλοῦσιν. et similiter paullo post de ἀλμαία illa Nicandri. Itaque hoc facile credam, aliquid pultis simile adfuisse. Et credam sine diserto testimonio. Quod enim testimonium hanc in rem ex Fragmento CLXXVIII. petas, id non ab omni parte certum tutumque, si quidem ibi ἐτρῶν nihil nisi emendatio Ruhnkenii est; approbata Ernestio. Bentleius in edit. Graevii ex Etymologico corrupte:

αὐθις ἀπαιτίζουσαν ἔνων εὐεργέα λάκτιν.

quod Casaubonus emendaverat ἔην, Anna F. ἔνων; Bentleius: *Nescio an legendum sit, αὐθις ἀπαιτίζουσα νέην εὐ. λάκτιν: novam tuam.* Ruhnkenius, ut dixi, ἐτρῶν: in quo neque numeri pluralis usus idoneus videtur, quod Toupius l. I. sentiens ἔτρουος singularem substituit; et displicet minime necessaria in hoc vocabulo correptio prioris syllabae. Correptionis lex Callimachea, quantum ex Hymnis colligitur, haec fuit. In extremis vocabulorum syllabis vis positionis negligitur saepissime, ut in his quae partim sunt auribus elegantiae Homericæ assuetis satis durae correptiones, in hymno Iovis: ἐνὶ χρῶτα, ἐγγύθει Κνωσοῦ, αἰδι κληρον, διὰ πλειῶστον. Etiam ante μν, in illo celebrato a Grammaticis τῶς μὲν ὁ Μνησάρχειος — Fragm. XXVII. de quo praeter laudatos Bentleio Hephaestionem, Hortos Adonidis, et Priscianum, cf. loci Prisciani alii apud Gaisfordium ad Hephaestionem p. 17. ed. Lips. Theodosius et Choëroboscus in Bekkeri Anecd. III. p. 1176. et Theodosius Goettling. p. 42. In mediis vocabulis, si Epigrammata excipias, quorum maior licentia est, rarissima correptio. Exempla annotavi a multo

tempore, sed non putem multo plura esse: h. Ion. 74. ἴδρις  
 priori correpta, h. Del. 241. κεκρυμμένα, h. Cer. 36. ὀπλίσ-  
 σας. ἀλλοτριῶ h. Dian. 176. h. Cer. 85. et Τρινακίη h.  
 Dian. 57. (ubi al. Τρινακίη) non numero, ut in quibus neces-  
 saria correptio. et h. Del. 201. ubi vulgo κατέφλεξας, se-  
 cunda correpta, incertum quid a manu Callimachi fuerit.  
 Eadem res in Fragmentis. In Fragm. CXIV. 2. ἰκνεῦμαι  
 priori correpta, in metro dactylico lyrico. Fragmentum  
 CCXXIII. ita concipiendum esse, ut a Bentleio conceptum  
 Valckenario in Callim. Eleg. Fragm. p. 296. placuit, probabile  
 est: τοῦ τε μεθυπλήγος φοοίμιον Ἀντιλόχου, inserta τε par-  
 ticula, non τοῦ μεθυπλήγος secunda correpta. Ex Fragmento  
 CCXLVI. correptionis quae possit esse suspicionem, δίχροον,  
 paullo ante sustulimus. Post haec periculosum videbitur,  
 correptionem inferre e coniectura velle in Callimachum, et in  
 Hecale, cuius carminis cur maior hac in re licentia fuisse  
 quam Hymnorum putetur, caussa nulla est. Quare aliam cor-  
 rupto loco medicinam expeto. Ac mirum, quod ea difficilis  
 ad inveniendum sit, quum tam paucae sint litterae, in qui-  
 bus mendum latet. Mihi difficiliore aliquo et minus noto vo-  
 cabulo opus esse videtur, quod fallere librarium potuerit,  
 non tam planis atque expeditis ἐήν, νέην. Coniicio:

αὐτίς ἀπαιτίζουσ' ἀκέων εὐεργέα λάκτιν.

*iterum petens sine voce*, h. e. nutu, *bene fabricatam truem*.  
 Accipio de Hecale, quae truem porrigi sibi ab ancilla iubet.  
 Sane nihil obstat, quominus ancillam fuisse Hecalae statuas.  
 Vel potius probabile est fuisse ancillam tam late hospitalita-  
 tem exercenti, cuius officii, etiamsi non in omnem viato-  
 rem eo modo officiosam fuisse, quo se praebuit Theseo, sed  
 plerosque parvo ξενίῳ donatos dimisisse statuas, ipsa, vetula,  
 vix potuit sola sufficere. Ad rem recorder Moreti v. 92. *Et  
 clara famulam poscit mortaria voce*. At Hecale truem non  
*clara voce*, sed ἀκέων. Nescio an aliis placeat, mihi valde  
 placet Hecale, qualem emendatio nostra sistit, tota intenta

in ollam suam: tacens, ut nutu tantum gestuque illud, quod requirebatur ad opus, poscat. ἀκέων, ut Homerus loquitur. Favet nonnihil coniecturae nostrae, quod Bentleius ex ipso Etymologico non ἀπαιτίζουσαν, ut est in exemplo Sylburgii Lipsiensi, et in Veneta 1549. sed ἀπαιτίζουσα laudat, sic: ἀπαιτίζουσα ἔκνον. At ex quo Etymologici exemplo? An e Commeliniano Sylburgii? In Veneta quam dixi etiam magis vitiose ἔκνον legitur. Elisionem in ἀπαιτίζουσα, non multum usurpatam, si bene memini, a Callimacho, tamen tuebitur exemplum ex hym. in Cer. 66. ἃ μὲν τόσσ' εἰποῖσ' Ἐρωσίχθου τ. π. et simile φιλέουσ' in Fragm. LII\*. Sed invitus, fateor, sustuli tam bellam caesuram trochaicam αὖτις ἀπαιτίζουσαν. Quibus ἐτνωῶν placebat, vel ἔτνους, de constructione differebant. Rubnkenius, puto, ἐτνωῶν λάκτιν iungi simpliciter volebat; Toupius ἔτνους εὐεργέα, pultis confectricem tuam, iusto artificiosius. Callimachus haud dubie iunxerat εὐεργέα λάκτιν, ut facit Nicander Ther. 108. 9. ἔπειτα δὲ λάξεο τυκτῆν εὐεργῆ λάκτιν. et rursus idem Ther. 708. εὐεργεῖ μάκτρον, si forte vera haec scriptura sit, cuius memoria in scholiis. nunc ibi λαεργεῖ exhibetur, quod et ipsum norunt scholia. Observavit Casaubonus, Nicandro in significatione vocis λάκτις convenire cum Callimacho. Scilicet λάκτιν, quum alibi pistillum significaret, Callimacho tuam esse, explicatio Etymologi, τορύννη, et Suidae altera statim proferenda, ζωμήρουσις, docent; ad Nicandrum autem ita scholia: λάκτις δὲ ὁ λεγόμενος παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἄλετριβανος νῦν δὲ λέγει τὴν τορύννην, τὸ κίνητρον. Etymologo testimonium addendum Suidae est, Callimachum respicientis: Λάκτιν. τὴν λεγομένην κόταλιν, [ῆ] τορύννην. ὃ ἔστι ζωμήρουσιν. εὐεργέα λάκτιν.

Praeterea αὖτις scripsi. αὖτις legitur h. Iov. 21. Lav. Pall. 141. h. Cer. 69. Fragm. CXCIV. et quos locos Index Annae F. monstrat, in quibus vulgo αὖθις legitur, h. Del. 99. 148. 320. Fragm. CXIII. in iis omnibus libri scripti, iique,

ut puto, meliores, αὔτις offerunt. Quod ad h. in Del. 520. nihil eiusmodi annotatum, oblivione factum Ernestii arbitrōr, quem v. ibid. ad vs. 148. Moneo, ne forte aliquis eam Callimacho observatam differentiam inter αὔθις et αὔτις opinetur, de qua Ammonius p. 27.

Iam etsi sublata emendatione Ruhnkenii nulla diserta ἔτνος mentio restat, semper manet talis cuiusdam ferculi, quale est ἔτνος, index λάκτις. Leguminum, quae fuit usitatissima ἔτνος materia, nullum indicium, quod huc pertineat, in fragmentis Callimachi. Sed quid si leguminum loco frumentum sumpserit Hecale, e. g. hordeum? Fortasse hic recte reponetur Fragm. CCXXXII.

εἰκαίην, τῆς οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρις.

Cuius fragmenti etiam Zonaras p. 250. meminit: Ἀποβράσματα. τὰ πίτυρα παρὰ Καλλιμάχῳ τῆς οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρις. Prorsus ut est apud Suidam in Ἀποβράσματα: — τῆς (e libb. Gaisf.) οὐδὲν ἀπέβρασε φ. ἄ. Eodem refero Schol. Aristoph. Pac. 258. καὶ ἀλετρις ἢ μυλωθρός, παρὰ Καλλιμάχῳ, non ad Hymnum in Del. 242. ut ibi statuunt Spanhemius, Ernestius. Cum Scholiasta Aristoph. convenit Suidae in Ἀλετριβανος. ἀλετρις est, post Homerum, apud Nicandrum Fragm. IV. (Athen. IX. p. 572. F.) 5. ἔνθα τε μέτρῳ ὄσπρια πανσπερμηδὸν ἐπεγγεῦθῃσιν ἀλετρις. ἔβρασε verbum non usitatum veteribus poetis epicis, si recte memini, apud eundem Alexiph. 25. εἰκαίη sc. κοίτη apud. eund. Ther. 78. εἰκαίης sc. γαίης Ther. 594. Igitur videndum an haec ita ordinanda sint. Apparavit Hecale ἔτνος s. pultem. Primum sumpsit intulitque frumentum, fortasse κριθήν,

εἰκαίην, τῆς οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρις.

Coquitur. Ad finem properante opere rursus poscit, cuius iam ante usus fuerat, λάκτιν:

αὔτις ἀπαιτίζουσ' etc.

Et versat. Tum statim aufert ab igne foci ollam:

αἴψα δὲ κυμαίνουσαν ἀπαίνυτο χυτρίδα κοίλην.

*κυμαίνουσαν*, h. e. in qua bulliebat iamque minabatur exitum *ἔτνος*. Suidas ita: *Κυμαίνει. ταράσσει. καὶ ἐπὶ τοῦ ζέειν· αἴψα δὲ* etc. Dum lego *χυτρίδα κοίλην*, nescio quo modo in mentem venit e Nicandri fragmento paullo ante laud. *περιχανδέα χύτρον. vel χύτρον.*

Haec multum probabilitatis habent, mihi quidem; et fortasse habebunt alii. Pro certis non vendito, praesertim quum de tribus, quae eam in rem coniunximus, fragmentis nullum diserto testimonio referatur ad Hecalen, et de uno ne hoc quidem constet, an sit Callimachi. Si tamen ita placuerit, licebit dubio per se fundamento aliud superstrui etiam magis dubium. Ac primum quod aliquis observet, condimento aliquo opus fuisse in pultem, ego minime nego, adfuisse condimentum: fragmentum Callimachi eam in rem nullum praesto est. Ipse quum primum accessissem ad mensam Hecales accuratius cognoscendam, versaremque omnes in partes omnia, de herbis cogitare coepi, quae adhibitae condimenti causa fuissent, et fortasse illa, *ἐρπυλλον, σόγχον, κρηθμον*, vel partem eorum, condimenta fuisse pultis. Quam in rem Plinio XXI. 17. (62.) utebar, de una herbarum earum, quae sunt in mixtura illa Nicandri, ubi *σόγχου* vel *σόγχου* mentio, ap. Athen. IX. p. 571. C. D. de ornithogale, testante: *coquitur in pulte*. Et cocto haud dubie ferculo hie mali e cucurbitis, fungis, et contritis leguminibus, in Nicandri fragmento ante laudato IV. Neque obstaret, si quid video, Plinius: cuius verba quidem, supra prolata, hoc loquuntur, ut sonchum atque crethmum per se singula apposita esse existimes: sed accidere potuit ex innumeris excerptis contextenti spissum opus, ut obiter annotata ex Hecale *σόγχον* et *κρηθμον* singulatim memoraret, illud, coniuncta fuisse in unum, ut condimento essent, negligeret. Nunc meliora his et certiora sunt, quae supra proposui: id quod de soncho maxime apparebit comparantibus, praeter Plinium, locos ibi laudatos Antiphanis et Hegesandri. Verum alia est

pultem quod attinet, opinatio mea, cui tantum tribuo, ut eam taceri nolim. Odoranti ac pervestiganti quae fragmenta Callimachi ad coenam Hecales apta sint, offertur Fragma. CCV.

καὶ κρίμων κυκεῶνος ἀποστάζοντος ἔραζε.

e Tzetze in Lycoph. 607. qui ad verba καὶ κρίμνα χειρῶν ita: κρίμνα (vel κρίμων), εἶδος κριθῆς. νῦν δὲ τὸ ἀπόσταγμα (e libris; vulgo erat ἀπόστομα) τοῦ κυκεῶνος λέγει, ὡς καὶ Καλλίμαχος καὶ κρίμων etc. Addo Etymologum, qui ad Callimachum manifesto respicit: Κρεῖ λευκόν, σημαίνει τὴν κριθήν. ἢ ἀπὸ τοῦ κριθῆ γέγονε κατὰ ἀποκοπήν ἢ ἀπὸ τοῦ κρίμων τοῦ σημαίνοντος τὸ παχὺ τοῦ ἀλεύρου, ὁμοίως κατὰ ἀποκοπήν κρεῖ ἔστι γὰρ κριθμων καὶ γένος κριθῆς. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀπόσταγμα τοῦ κυκεῶνος. Scholion Bachmanni unum in Lycoph. l. l. καὶ τὰ ἀποστάζοντα τοῦ κυκεῶνος ἐκ τῶν χειρῶν. Apposui explicationes grammaticorum, ut addubitarem, vel ut interpretarer ambigue scripta. κρίμων, sive κριθμων, quum varie usurpetur, tamen, quod et etymologia suadet, et usus scriptorum, nisi fallor, omnium confirmat, ubique frumentum, maxime hordeum, vel aliquid de hordeo, significat: ut locis, quos Suidas v. Κρίμων indicat, Leonidae et Babrii. Quare non potest ad κυκεῶν relatum significare, quod docere grammatici videntur, quicquid ἀπὸ τοῦ κυκεῶνος destillat; multo etiam minus *liquorem*, ut vertitur in fragmento Callimachi: sed haud dubie de parte κυκεῶνος hordeacea accipiendum est. Et quum alii κρίμων s. κρίμνα interpretantur κλάσμα, ut Etymologus Gud. p. 347, 37. non omne κλάσμα intelligendum putem, sed κλάσμα rei ex frumento factae, e. g. panis: quemadmodum germanice *brocken* dicitur. Est κριθμων *hordeum* apud Nicandrum in Georg. Fragma. I. (Athens. III. p. 126. C. D.) ubi Athenaei non negligenda paraphrasis. Callimachi fragmento fortasse accommodatissima est explicatio vocis ea, quae in Scholiis Hom. Iliad. V. 196. κρίμων δὲ τὸ

λεπτὸν ἄχυρον τῆς κριθῆς. Ita enim acceperim Callimachum :  
 κυκεῶ, dum coquitur ac fervet, eiaculari κριθῆμον, i. e. τὸ  
 λεπτὸν ἄχυρον τῆς κριθῆς. ἀποστάζοντος haud dubie signi-  
 ficatione quae dicitur activa : cf. h. Apoll. 59. h. Dian. 118.  
 Nunc dicendum, quo consilio ita explicatum fragmentum hoc  
 loco inseruerim. Coniectura mea est, agi verbis hisce, καὶ  
 κριθῆμον κυκεῶνος ἀποστάζοντος ἔραζε, de eo quod paullo ante  
 ἔττος sive pultem appellavimus Hecales. Id iam κυκεῶ appel-  
 lari malim, vocabulo magis poetico, quippe multa vetustate  
 sancito. Et quantumvis spissum, tamen ita comparatum fuisse  
 puto, ut biberetur. Sane bibitur Homericus κυκεῶν : idem-  
 que fere vocabuli eius usus apud recentiores poetas observa-  
 tur, Apollonium IV. 157. Nicandrum Alexiph. 129. et in fa-  
 bula Mismes, Orpheum Arg. 323. 329. Nonnum V. 273.  
 XXII. 77. Quo rusticus Hecales κυκεῶν ab Homericō, aliis,  
 differt, hoc est, quod, ex hac quidem mea explicatione, co-  
 ctus fuit. Res non inaudita. Quem Graeci, Homerus, Ni-  
 cander, coctum fuisse non dicunt, aut negant, nobilissimum  
 Cereris κυκεῶ, Ovidio Romano Metam. V. 450. coctus dici-  
 tur : *lymphamque roganti Dulce dedit, tosta quod coxerat  
 ante polenta.* Aqua coxisse suum κυκεῶ Hecalen, et quae  
 addita ad frumentum condimenta, simplicissima fuisse, non  
 est quod dubites. Haec si probabiliter disputavi, pro-  
 ximo loco ante Fragm. CLXXVIII. inseri poterit hoc  
 Fragm. CCV. καὶ κριθῆμον κυκεῶνος ἀ. ἔ. Ac bene con-  
 veniet his, καὶ κριθῆμον κυκ. ἀ. ἔ. ut est a nobis κριθῆμον  
 explicatum, cum illis : . . εἰκαίην, τῆς οὐδὲν ἀπέβρασε φαν-  
 λον ἀλετρις.

Satis amplam, ut pro conditione Hecales, coenam appa-  
 ravimus Theseo. Vidimus quae acuerent appetentiam cibi,  
 titillarentque palatum, olivas. Herbas s. olera. Vidimus  
 quem κυκεῶ dixi, qui si satis spissus fuit, non solum siti  
 extinguendae idoneus, sed ventri κακῆς ἀλατήριον λιμοῦ us-  
 que ad satietatem fuit. Desideratur panis. Eum ipsis Calli-

machi verbis praesto, feliciter, ni fallor, in unum coniunctis Fragmentis tribus CCCCLIV. CLVII. CXC.

ἐκ δ' ἄρτους σιπύηθεν ἄλις κατέθηκεν ἑλοῦσα,

οἶους βωνίτησιν ἐνικρούπτουσι γυναῖκες,

δεῖλον αἰτίζουσιν, ἄγουσι δὲ χεῖρας ἀπ' ἔργου.

Fragmentum CCCCLIV. ex Hecale esse, coniectura est Ruhnkenii, qui illud primus e Lexico MS. Bibl. Reg. et ex Apollonio eruit. Cum Lexico MS. Paris. convenit Zonarae Tittmanni p. 1645. Ad *σιπύην* cf. Jacobs. in Leonid. Tar. Ep. IX. Animadv. V. I. P. II. p. 71. Ad Fragm. CLVII. Boissonadii p. 202. annotatio est: *Οἶους, νεμπε ἄρτους*. Iam habes ἄρτους, ex mea versuum compositione. Callimachum respicit Suidas: *Βωνιτῆσι. τοῖς βουκόλοις. τοῖς βοηλάταις*. ubi memorabilis est, Albertio ad Hesych. v. *Βωνίτας* observata, dialecti varietas, *βωνιτῆσι* vel *βωνίτησι*, quum sit *βωνίτησιν* apud Etymologum, *βωνίτας* apud Hesychium. Cum Suida facit MS. Coisl. ap. Gaisf. Zonaras: *Βωνίτης. ὁ βουκόλος*. Fortasse *βωνίτησιν*, dorice, propterea maluit Callimachus, quod aliud vocabulum *βωνίτης*, (Panis epitheton ap. Zonam IV. Anal. Br. II. p. 81. Anth. Pal. I. p. 221.) alia significatione, a *βωνός*, exstare recordaretur. Quamquam neque hoc incredibile est, formam primitus dorice, *βωνίτης*, multo ante Callimachum tempore in communem receptam usum fuisse. Ut dubites, an hoc non pertineat ad dorismum Callimachi, de quo Cap. IV. p. 518. Valde insolenter Euphorio in poemate dialecto communi poetica scripto haud dubie, Mopsopia, Fr. XXVII. *βωσίν* ausus est, dorice, pro communi et Homericō *βουσίν*, recordans fortasse non satis opportune *βῶν* Homericum, si tamen vera est emendatio Meinekii: vulgo apud Choeroboscum *βῶν* legitur sine metro. Ad vocabulum *βωνίτης* Albertius l. l. Kusterus, itemque Ruhnkenius in Epist. Tittm. p. 102, alteram quoque glossam Suidae *Βώνυσοι* referunt. In Etymologico autem Gudiano p. 118, 35.

*Βωνίτης*, γῆ βωπιανείρη, παρὰ τὸ βῶ etc. error est et duarum glossarum confusio: cf. Etymol. Magn. v. *Βωπιάνειρα*. At enimvero, ut fateamur quod verum est, in voc. *βωνίτης* s. *βουνίτης* neque de significatione neque de origine vocis ita constat, ut nihil dubites. De significatione dubitasse grammaticos, discas ex Hesychio: *Βωνίτας. τοὺς ἐν ἀγροῦ. οἱ δὲ βουκόλους, ἢ ἀγροίκους*. Originem illi quotquot *βουκόλους* vel *βοηλάτας* interpretantur, a nomine *βοῦς* repetere videntur. Quaeritur, quo iure. Certe *βουνίτης*, *βωνίτης*, multo facilius multoque usitatius a *βουνός*, *βοῦνις*, quam a *βοῦς* fiet. Itaque hoc fere sentio, *βουνίτης* s. *βωνίτης* vocabulum, originem quod attinet, nihil differre ab altero illo *βουνίτης* Panis epitheto; significare autem Callimacho τὸν ἀγροικόν. Quomodo autem hoc significare possit, non satis liquet. Et fortasse ausum est Callimachi, a *βοῦνις terra* facientis *βουνίτην* s. *βωνίτην agricolam*. At ipsum *βοῦνις terra*, quantum nobis quidem constat, debili auctoritate nititur. Est quidem apud Etymologum p. 208, 3. *Βοῦνις, καὶ βουνίτις, ἣ γῆ*, et apud Hesychium *Βουνίς. γῆ*. sed utrumque ad Aeschylum Suppl. 117. 128. 776. referendum haud dubie, ubi non *terram* in universum significari, sed eam quae *βουνούς*, *colles*, habeat, nunc communis est interpretum sententia. Schneiderus Lex. v. *Βωνίτης* in Callimacho *βωλίτησιν* tentabat. In Fragmento CXC. neque Valckenarii in Callim. Eleg. Fragm. p. 295. emendatione, sed admodum modeste proposita, *ἔχουσι*, neque Buttmanni puto opus esse, qui ad Schol. Hom. Odys. XVII. 599. ex corrupta Eustathii in eund. locum scriptura, *δειελίην αἰτίζουσιν*, eruebat *δειελίην αἰτοῦσιν*. Mihi *δειελίην* Eustathii nihil videtur nisi vitium esse, ortum fortasse ex praeced. *δειλινηῆς τροφῆς*. Non intelligo, unde sibi persuaserit Buttmannus, *αἰτίζειν* ubique et necessario *mendicare* esse. Nam ita disputat, *αἰτοῦσιν* scribendum esse, non *αἰτίζουσιν*, quia homines operarii cibum sibi debitum non *mendicant*, sed *poscant*. Ut saepe de mendicando dicatur *αἰτί-*

ζειν, et sane dicitur tam ab Homero quam ab aliis, atque ipso Callimacho h. Cer. 116. tamen non semper, neque necessario. Vidimus paullo ante ἀπαιτίζουσα: cf. h. Dian. 52. Et post Callimachum αἰτίζειν, ἀπαιτίζειν, petere, poscere, frequentat Nonnus II, 545. VIII. 359. 348. 366. XX. 7. XXIV. 211. 302. alibi. τὸ δειέλον pro τροφῇ δειλιῆν qui dixerit, neminem habeo praeter Callimachum. At nec Buttmanus, puto, habebat, quo suam δειελλήν communiret, nisi Damiani auctoritate, et ex interpretatione verbi Homerici δειε-λιήσας. In sermone nihil inest, cur coenam vespertinam δειέλον significare nequeat. est enim δειέλον adiectivum: ut δειέλον ἡμαρ Theocrit. XXV. 86. δειέλον ὄρην Apoll. Rhod. III. 417. Nonnus VII. 284. et Evang. Io. XIX. 51. δειέλον φάος Orpheus Arg. 1124. (1131.) cf. Aratus 118. 826. (94.) Maximus 529. Nonnus XLII. 165. Evang. Io. XIX. 58. Non tacebo tamen explicationem, quae ad manum est, alteram. Quid si δειέλον Callimachus *vesperam* dixerit, adiuncta notione finiendi eo tempore operis? Germanice: die feierabend verlangen. Ipse unum mihi sumpsit atque ausus sum, ut αἰτίζουσιν et ἄγουσι pro participiis habeam, quum qui proferunt ea verba, aliter accepisse videantur. Schol. Hom. I. I. — ἔνιοι δὲ (δειεληήσας) τὴν δειλιῆν τροφὴν αἰτῶν. καὶ Καλλιμάχος φησι, δειέλον αἰτίζουσιν, ἄγουσι δὲ χεῖρας ἀπ' ἔργου, τὴν πρὸς τῇ δειλιῆν τροφὴν αἰτοῦντες, vel ζητοῦντες, ut est apud Bentleium. et sic Eustathius appositis a se verbis Callimachi addit: τὴν πρὸς δειλήν δηλαδὴ τροφὴν αἰτοῦντες. Sed facile intelligitur, constructionem verborum Callimachi neglexisse hos recentiores grammaticos eo in loco, quem non ipsi ex carmine Callimachi eruissent, sed accepissent ab alio adscriptum antiquiore grammatico. Si tamen malit aliquis, statuatur versum intercidissem huiusmodi: *quo tempore fessi diurno labore δειέλον αἰτίζουσιν* etc. Mihi dativi illi placent. Non expedio quid sit, quod Anna Fabri p. 166. (p. 368. ed. Ern.) duo priora verba, δειέλον αἰτίζουσι, ex *Etymologico*

profert, et Spanhemius p. 282. ed. Graev. (p. 392. ed. Ern.) diserte ea verba *adduci ab Etymol. M. in Δείελον* monet. Nihil tale in Etymologico reperio.

Quum poeticum Callimachi artificium, et quid bene administravisse poetam, in parvis rebus magnum, partim ipsa per se fragmenta singula doceant, partim concepta animo fragmentorum in unum corpus compositio tamquam per umbram monstret, ubique, ut decet, sentiendum lectoribus sensu poetico imbutis relinquamus, semel iuvat verbo monere, quam iucunde poeta, ubi de pane incidit mentio, arrepta ea occasione, obiter suavem simplicitate sua imaginem vitae agrestis, mulieres cibum apparantes redivitibus ab opere hominibus rusticis, intexat. Et in universum quidem nota inde ab Homero imago est, *δρυτόμος* qui *δείπνον* sibi instruit, solvens boves arator, vel expetens *βουλυτόν*: cf. Apollon. Rhod. I. 1172. sqq. III. 1341. sq. IV. 1630. Virgilius Ecl. II. 10. *Thestylis et rapido fessis messoribus aestu Allia* et q. s. etsi ibi de suspenso opere rustico recreandisque per meridiem hominibus sermo est, apud Callimachum de finito opere ciboque vespertino. Nicander Fragm. III. 17. (Athen. IV. p. 153. F.) *ὄριον ἀλμαίην ἄμυσαι* (vel *ἄρυσαι*) *κεχρηόσι δαίτης*. Coenantes *ἀεργοί* sive *ἀεργέες* hiberno tempore *οἰκουροί*, *δμῶες*: apud eund. *ibid.* et Fragm. IV. (Athen. IX. p. 572. F.) Panem describi Fragmento CLVII. eum, qui usitate *ἐγκρυφίας* dicitur, Bentleii observatio est. Latine *subcinericium*, auctoritate, ut puto, Isidori Origg. XX. 2, 15. Bentleyus et Casaubonus in Athen. III. Animadv. p. 209. appellant. De pane *ἐγκρυφία* aliquoties Athenaeus libro tertio p. 110. A. B. 112. B. 115. E. ita ut nunc improbetur nunc commendetur. Nec mirum: differebat haud dubie pro cautione ac diligentia, quae in eo pane conficiendo vel maior vel minor ponebatur; tum maxime materia, quae nunc vilior nunc delicatior. *ἐγκρυφίαν* simpliciter dictum improbat Philistio p. 115. E. Tegeaticum, *σεμιδάλεος υἷόν*, probat laudatque Arcestratus

p. 112. B. Sunt alii panes, tam simili appellatione, ut difficile videatur, qua re ab *ἐγκρουφία* diversi fuerint, definire. Dico hos: *ἐπανθρακίδα*, vel *ἀπανθρακίδα*, de qua p. 110. B. Diocles Carystius: *ἔοικε δὲ καὶ οὗτος ἐπ' ἀνθρώπων γίνεσθαι, ὡσπερ καὶ ὁ παρ' Ἀττικοῖς ἐγκρουφίας. et σποδίτην* p. 111. E. quique ibi statim subiungitur, *ἀποπυρίας*, qui et ipse *ἐπ' ἀνθρώπων ὀπιᾶται*. Et *ἐγκρουφία* omni, nam suas quasdam species habuisse hoc genus, suis singulas nominibus distinctas, indicium quibusdam intelligitur, hoc proprium, ut appellatio loquitur, *ἐγκρουφίας*, et Callimacheum verbum *ἐνικρούπτουσι*, quod totus in cinere, hoc est, etiam superne tectus cinere coqueretur: *τὸν ἐν σποδίῳ γενόμενον, ἐν σποδίῳ κεκρουμμένον*, explicant alii. quod non inest in his appellationibus, *ἐπανθρακίς* s. *ἀπανθρακίς*, *ἀποπυρίας*. *σποδίτην*, quae per se tam generalis appellatio, ut nihil inde ad accuratorem definitionem efficias, Lexicographi recentiores vulgo omnes eundem esse, qui *ἐγκρουφίας*, statuunt. Favorinus: *Σποδίτη ἄρτι τῷ ἐγκρουφίᾳ καλούμενω, παρὰ τῷ Ἱπποκράτει*. Hippocratem *ἐγκρουφίου* et *ἐγκρουφιῶν*, numero plurali, mentionem facere scio, ut eo loco, quem Casaubonus in Athen. Animadv. p. 209. laudat, qui est *Ἐπιδημ.* lib. VII. p. 637. T. III. ed. Lips. et alibi; illud, *σποδίτην* eundem et *ἐγκρουφίαν* dici, a Favorino putem, non ab Hippocrate esse. Sed concedo probabiliter ita statui, eundem esse. Ad nostram rem dignum fortasse memoria est, quod Diocles l. l. p. 110. B. scribit: *ὡσπερ καὶ ὁ παρ' Ἀττικοῖς ἐγκρουφίας*: unde aliquis occasionem petat laudandi Callimachum, quod in fabula Attica bene morem observaverit atticum. Quamquam aliis quoque populis notum *ἐγκρουφίαν* fuisse credo, atque ipse Diocles statim aliquem eius panis usum etiam apud Alexandrinos esse addit. Nisi, quae Sturzii de dial. Alexandr. p. 69. sententia, quod Diocles scribit: *ὃν καὶ Ἀλεξανδρεῖς* etc. ad commemoratam antea epanthracida pertinet. Praeterea Callimachum quod attinet, est aliquid, nisi fallor, discriminis

inter panes eos, quos Theseo Hecale apponit, et illos, qui afferuntur in comparationem, *οἶους βωνίτησιν* etc. Namque *βωνίτησι* qui apponebantur ab opere redeuntibus panes *ἐγκροφίαι*, plerumque, ut credere par est, subito atque ex tempore facti, statim ut proveniebant e cinere, apponebantur calidi. Idque inest, si verba rimeris, in loco Callimachi: condunt mulieres panem in cinere, iam reditum parantibus *βωνίτησι*. Usus atque amorem panis calidi testimoniis non paucis, poetarum maxime, comprobatur Athenaeus III. p. 109. et sqq. At Hecale suos ante factos secum habebat in panario, *σιπήνη*. Materia autem utrique, tam Hecales panes, quam rusticorum quos in mente poeta habet, haud dubie vili erant. De qua, ut de forma panum, monitum fuisse conicio versu, qui intercidit, inter *ἐκ δ' ἄρτους* et *οἶους*. Fuit quum suspicabar in versu eo fuisse Fragm. CCCXXXVII. *φθοῖας* (f. *φθοῖας*, vel *φθοῖας*): sed nihil est quod confirmet suspicionem.

Non dico exhaustam hac recensione copiam esse Hecales. Suppleantur alia, si placet, coniectando, maxime ex illis Philemonis et Baucidis epulis. *Serpylli* per se mentio etiam *herbosum*, ut Ovidius Fast. IV. 567. ait, *moretum* in mentem revocare posset, in quo usum serpylli fuisse, nota res ex Virgilio Ecl. II. 10. *Thestylis et rapido fessis messoribus aestu Allia serpyllumque herbas contundit olentis*. At sonchi et crethmi usum in moreto fuisse non reperio; et quod aliquis coniciat, in Hecale ponendum esse Fragmentum CCLXXXII. *ἦν ἐτρέψαντο μυσωτόν*, sic, quod intriverant *moretum* (scil. Hecale et ancilla Hecales), vana suspicio foret, quum alias id fragmentum explicationes admittat. Ut minime inepta est Scaligeri ad *Moretum* p. 158. explicatio, proverbii in modum dictum fuisse a Callimacho: *exedere hos decuit, sibi quod trivere moretum*. Carni si locum esse in mensa Hecales constaret, non aegre ferrem huc relatam Fragmentum CCL. *ὄν τε μάλιστα βοῶν ποθέουσιν ἐχίνον*, cum

explicatione Ernestii. Meursii mirus error est, in Theseo c. 10. ad coenam Hecales revocantis narrationem de Theseo Lyncei Samii apud Athenaeum VII. p. 295. B. Ea quid sibi velit, indicatum est Cap. III. p. 578. Quod autem singularem fabellam dixi, non tam obscoenum istud commercium mirabar, cuius alia exempla prostant in aetate heroica, vel antiqua, vel afficta ei aetati per temporis posterioris libidinem, quam hoc, ubi illud actum fuerit inter Tlepoleum et Theseum. Dixeris, in Rhodo insula, quia Rhodius piscis fuit *γαλέος*, Archestrato teste, propter cuius versus historiam istam suam proferebat Lynceus; et nota Tlepolemi in Rhodo habitatio. Sed nolo sapere supra Casaubonum, qui eam historiam neque Plutarcho in vita Thesei, neque veterum cuiquam, eorum qui ad nos pervenerunt, narratam esse, quod quidem ipse meminere, pronunciat. Illud non multum moror, quod secundum temporum rationes, quales e. g. ex Homero Clemens Strom. I. p. 381. (321. sq.) efficit, Theseus maior Tlepolemo, eoque minus aptus ad rem istam videatur.

De potu nihil constat. De aqua cogitabam supra p. 539. Quo tamen non excluditur alius quidam potus. An *lac*, ut apud Bronchum? Vinum non putaverim. Verum quum scribo *non putaverim*, neque quod mihi persuasum sit, neque aliis scriptum ad persuasionem volo. Scilicet simplicitatem propositam mihi habui in adornanda coena Hecales. At fuit vinum pauperibus Philemoni et Baucidi; ac fuit fortasse apud Hecalen, non cuivis apponendum viatori, sed reservatum nobilioribus: nullum autem nobiliorem Theseo hospitem habuit. *Κυκεῶ* illum eo modo, quo factum est, accipere quam huc referre malui, quoniam, si de sola siti extinguenda ageretur, minus convenisset *κυκεῶν*, qualis Fragmento CCV. significatur, recens coctus, calidus ab igne. Qui est apud Ovidium, coctus ante adventum Cereris, iam refrixerat, quum dea biberet.